







GRAMMATICA
LINGUÆ HEBRÆÆ:

CUM

NOTIS et VARIIS QUÆSTIONIBUS PHILOLOGICIS,

In quibus praecipuè differitur

De Natura et Indole LINGUÆ HEBRÆÆ.
De Antiquitate QUADRATI et SAMARITANI Characteris.
De Literis אהוי, earumque Natura et Usu.
De PUNCTORUM VOCALIUM Natura, Antiquitate et Novitate.
De Convenientia et Affinitate LINGUÆ HEBRÆÆ cum ARABICA, &c. &c.

In Usum Juventutis Academicae.


JACOBO ROBERTSON, A. M. Ling. Orient.
Professore in Academia EDINBURGENA, AUCTORE.

Ἐρευνατε τας γραφας, Joh. v. 39.
Απολλως, ανηρ λογιος, δυνατος ὢν εν ταῖς γραφαῖς, Act. xvii. 24.

EDINBURGI:

Apud HAMILTON, BALFOUR & NEILL, Academiae Typographos.
Prostant Venales apud HAMILTON & BALFOUR, et GUL. MILLER, Edinburgi; WILSON & DURHAM, Londini, Vico vulgò dicto *The Strand*, Bibliopolas.

M,DCC,LVIII.


BIBLIOTHÈQUE CANTONALE
LAUSANNE
ET UNIVERSITAIRE

EXCELSO ET PRÆPOTENTI PRINCIPI

ARCHIBALDO

ARGATHELIÆ DUCI,

MARCHIONI DE KINTYRE ET LORN, &c.

MAGNO APUD SCOTOS HOSPITII MAGISTRO HEREDITARIO, IBIDEMQUE MAGNI SIGILLI CUSTODI,

SUPREMÆ IN CRIMINALIBUS CURIÆ PRÆSIDI,

IN CIVILIBUS SENATORI EXTRAORDINARIO,

SERENISSIMO DOMINO REGI A SANCTIORIBUS CONSILIIS,

BONARUM ARTIUM AC SCIENTIARUM PATRONO,

PARITER ATQUE CULTORI EXIMIO;

HANCCE QUALEMCUNQUE GRAMMATICAM HEBRÆAM,

GRATI ANIMI MONUMENTUM,

D. D. C. Q.

JACOBUS ROBERTSON.

PRÆFATIO.

QUAMPRIMUM ad hanc Spartam, quam nunc, favente Numine, possideo, evectus fueram, maximè solicitus fui, ut praejudicia falsa et injusta, ex animis Juvenum, contra Linguam Hebraeam, tanquam difficillimam, evellerem. Ut hoc facilius fieret, maximi momenti existimabam, uti Principia et Rudimenta hujus Linguae illis, modo facillimo, proponerentur: Prolixam enim et confusam methodum illam docendi, multos à studio hujus Linguae deterruisse, noveram.

Grammatica claris. Schultensii, L. L. O. O. Professoris olim Leydensis, meique in his studiis Doctoris jure charissimi, omnique laude in hac palaestra digni, ob maximum lumen ab illo in Literas Orientales perfusum, viam ad Analogiam Linguae Hebraeae pandendo, utilitatemque Dialectorum ad Hebraeam illustrandam, confirmando, mihi maximè arridebat. Sed exemplaria hîc rariora, adeo ut vix a studiosis procurari potuerunt. Praeterea, Grammatica ex 501 paginis in 4to constans, prolixior Tyronibus videbatur.

Igitur principia utilissima maximèque necessaria hujus Linguae Rudimenta, in usum Collegii Domestici, ex Grammatica clar. Schultensii aliorumque, excerpsi; non verò ad compendium redigendo, sed compilando quaecunque in utilitatem Discipulorum fore, existimabam; et quotidie, ea quae usu et experientia Tyronibus difficiliora fuisse noveram, illustravi, propriasque observationes addidi. Hinc paulatim hujus libri moles excrevit. Quotannis Discipulis, ut, in illorum commodum, ederem, obnixè rogantibus, tandem obtemperavi..

In describendis et distinguendis Literarum figuris, et vi organica Consonantium, prolixior quibusdam videar; sed haec de industria causa Tyronum facta: maximam enim difficultatem in Discipulos Hebraicè legere docendo, ex quarundam Literarum affinitate et similitudine, expertus sum. Moles praeterea hujus Grammatices, ex quibusdam controversiis, de natura et indole hujus Linguae, de antiquitate et novitate punctorum vocalium, et praecipuè de affinitate et convenientia Linguae Arabicae cum Hebraea, nuper renovatis, sub manu crevit. Necessitas enim quodammodo mihi imposita fuit, ut argumenta hinc et inde ad examen revocarem.

Argumenta,

Argumenta, quae me in ſententiam illorum virorum doctorum, qui antiquitatem punctorum vocalium, a primis Linguae Hebraeae incunabulis, propugnant, adduxere, breviter exhibui. Si verò aliquis mihi errorem in hac re oſtenderit, me non juràſſe in verba ullius Magiſtri, percipiet. Uti verò haec Tyronem Hebraeum in principiis hujus Linguae non morarentur, de hiſce in Notis et Appendicibus, diverſo charactere exaratis, egimus. Conſilium enim noſtrum ſemper fuit, ut Textum, prima vice, ſtudioſo tantùm perlegeremus; poſtea verò, ſecunda vice, Textum cum Notis denuo relegeremus. Haec a Tyronibus fieri poſſe, ſecundùm noſtrum curſum Academicum, eodem tempore quo Librum Hiſtoricum, etiamque unum ex minoribus Prophetis, legimus, uſus et experientia docuit.

Clariſſimum Schultenſium, in reſtituendis variis Verborum Speciebus, quae vel in ipſis reliquiis Biblicis inveniantur, vel in Nominibus hinc derivatis, ſecuti ſumus.

De Verborum Hebraicorum indole, et praecipuè de natura eorum quae vulgò *Imperfecta* vocantur, fuſiùs egimus; quia maxima Linguae Hebraeae difficultas, ex ignorantia verae indolis horum Verborum, oritur.

Doctrinam de punctorum mutatione, nondum eo ordine quo vulgò Grammatici, tractavimus; quoniam haec Tyronibus difficillima, poſtea verò, indole Linguae perſpectâ, faciliora eſſe, obſervavimus.

Rogantibus Diſcipulis, uti quaſdam ſaltem ſtricturas, de Syntaxeôs Hebraicae indole, adderemus, etiam annuimus. Sed haec, Deo volente, latius proſequenda.

In tractando de natura Nominum, Pronominum, Verborum et Particularum, affinitatem Linguae Arabicae cum Hebraica, in hiſce eſſentialibus orationis partibus, obiter notavimus. Reverà, mirum videtur, viros doctos, qui ſeſe Literas Arabicas ignorare fateantur, affinitati hujus Linguae cum Hebraea oppugnâſſe, etiamſi haec affinitas olim a viris doctiſſimis, Pocockio, Bocharto, Cellario et Perizonio, utilitaſque hujus Linguae, ad Hebraeam illuſtrandam, propugnata fuerit; et nuper a viris celeberrimis, Schultenſio Profeſſore Lugduni Batavorum, et T. Huntio S. T. P. Ædis Chriſti Canonico, Linguaeque Arabicae Praelectore Laudiano, Profeſſore Oxonienſi, jam Oxonii ſumma cum laude florente, haecce convenientia confirmata fuerit.

Vale, Lector, et *hiſce noſtris inceptis adſpires*. Vale.

INDEX Capitum et Sectionum.

LIBER I.

LIBER II.

De

LIBER III.

LIBER IV.

ERRATUM.

P. 110. Lin. 4. pro *ficti* lege *fictis*.

GRAMMATICÆ HEBRÆÆ

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

De natura et indole Linguae Hebraeae.

HEBRÆI, Chaldaei, Syri, Arabes et Persae, in legendo et scribendo, incipiunt a dextra versus sinistram, uti olim etiam Graeci (*a*); habentque hoc commune cum caeteris Orientalibus (exceptis Æthiopicis et Armeniis); a quibus tamen in eo differunt, quod singulas literas sigillatim ponant, cum Syri et Arabes literas suas connectant. Et ut Hebraei consonas a se invicem, ita quoque vocales a consonis separant, ut externae illarum figurae interdum prorsus abesse possint. Linguae enim Orientales commodissime scribi, legi, et intelligi, sine vocalibus adscriptis, in rebus ordinariis et facilibus possunt, quamvis sine iis pronuntiari nequeant; ubi periculum aliquod erroris, notulam apponunt, quae formam verbi vel nominis, determinet.

(*a*) Graecos more Phoenicum, a quibus literas suas acceperunt, a dextra ad sinistram olim scripsisse, testatur Pausanias, lib. 5. 338. de nomine Agamemnonis in ejus statua exarato, sic loquens, *γέγραπται δὲ τοῦτο ἐπὶ τὰ λαιὰ ἐκ δεξιῶν, scriptum est autem illud* (nomen) *a dextra ad sinistram.* Postea vero boum in arando versuras imitati, primam lineam a dextra ad sinistram, sequentem statim a sinistra ad dextram; tertiam a dextra ad sinistram, et sic deinceps, inceperunt: quod scribendi genus *βουστροφηδὸν*, i. e. *boum arantium more*, appellatum est.

Eadem etiam ratione scribendi, teste Didymo, exaratae erant leges Solonis.

Graecos etiam morem scribendi introduxisse a sinistra ad dextram, a viris doctis creditur.

Grammatica Hebraea definitur Ars purè loquendi et ſcribendi Hebraice: Rabbinis dicitur דִקְדּוּק i. e. *ſubtilitas*, quia ſubtiliter et accurate literas, puncta, inflexiones, et vocum omnium naturam conſiderat.

Duabus conſtat partibus: Etymologia, vel potius Analogia(*b*); et Syntaxi.

Etymologia vocum ſingularum naturam et proprietates expendit.

Syntaxis vocum conjunctarum, ex quibus ſermo perficitur, rationem, ſtructuram et elegantiam explicat.

Elementa linguae Hebraeae (*c*) diſtingui ſolent in literas et puncta: per literas intelliguntur conſonantes (*d*) tantum: per puncta, reliquae notulae quibus lectio et pronuntiatio regitur.

Literae apud Hebraeos vulgò ſunt viginti duae.

(*b*) Etymologia enim proprie vocum origines inquirit: Analogia vero tota eſt in conſideranda communi loquendi norma, conſuetudineque regulari et irregulari, unde a potiore parte Analogia vocatur. In omni lingua perdiſcenda, Analogiae opera navanda eſt; hoc modo enim genuinam linguarum naturam et indolem perſpicimus.

(*c*) Hebraea lingua vocatur עִבְרִית a עֵבֶר Gen. x. 21. Inde Abrahamus appellatur הָעִבְרִי Gen. xiv. 13. i. e. *Hebraeus*, vel Hebero ortus; et lingua nominatur *Hebraea*, quia ab Hebero, per Phalegum et Abrahamum in linea ſancta, ad Hebraeos tranſmiſſa fuit. Altera appellatio ejus eſt *linguae* vel *labii Cananaei*, ex Jeſ. xix. 18.; vetus enim Cananaea ſive Phoenicia ejuſdem indolis et originis cum Hebraea fuiſſe videtur, uti nomina propria regum et urbium clarè monſtrant. A Judaeis etiam inſignitur titulo illo לשׁן הקדשׁ *linguae ſanctae*.

(*d*) Per conſonam aut literam intelligunt conatum illum ſonandi, ſive ſit conformatione labiorum, linguae, gutturis, dentium, ſive hos motus organicos conjungendo. Conſona, ſi naturae legem attendimus, praecedit, ſubſequiturque vocalis, quoniam nullam vocalem efferre poſſimus, ſine aliquo motu organico in gutture exerendo: et etiamſi conformatio gutturis in vocalibus pronuntiandis ſeorſim, non tam perſpicua, ac in aliarum conſonantium cum vocalibus pronuntiatione, attamen tam vera et diſtincta ſecundum naturam ſuam, ac altera: igiturque litera א vera conſonans, et actum et formationem gutturis cum alia vocali efficit, eodem modo quo ב pronuntiatur a labiis cum una aliqua ex iiſdem vocalibus, vel ut ד formatur lingua. Hinc quivis videre poſſit, *Aleph*, *He*, *Heth*, *Hajin*, excludi non poſſe: hae enim ſunt motus organici leniores, aſperioreſve in gutture, et fulcra et vehicula vocalium:

vocalium: omnes enim aptae sunt ad vocalem, longam aut brevem post se recipiendam; nam dicere spiritum non esse literam, logomachia tantum est, quum literam vocamus omnem motum oris organicum, sine addita vocali.

Alia est Hebraeae et linguarum orientalium proprietas, quod verba primitiva ex diversis consonantium conjunctionibus per triadas composita sunt; et uti exstant viginti duae literae, variae copulationes et combinationes per tres literas 10,600 efficiunt, quod planè copiam et divitias hujus linguae ostendit; nam iis conjunctionibus vitatis, quae asperae nimis vel incommodae videbantur, ad minimum calculum, decem millia radicum exstitere. Quod haec hypothesis non omnino absurda sit, apparet non tantum ex linguae analogia, sed etiam ex magno illo numero radicum, quae jam in Hebraea, Chaldaea, Syriaca, et praecipuè Arabica, exstant. Specimen dabit haec thematum digestio, אבא אבב אבג אבד &c. atque ita porro per omnes literas: item אגא אגב אגג et sic ad finem. Eodem modo progreditur per caeteras literas. Praeterea, hae omnes radices suas propagines et derivata fundunt. Hinc temeritatem et ignorantiam quorundam observare liceat, qui Hebraeam linguam pauperem et imperfectam pronuntiare audeant.

Ex hocce vero conspectu indolis linguae Hebraeae a prima origine sua, hanc perfectam formam obtinuisse videtur, adeo ut auctor ejus, vel sapientissimus omnium mortalium, vel, uti verum fatear, potius ipse Deus, fuit: nam nullo modo concipere possum, quomodo rudes homines, linguam, quae in se continet tam varia et manifesta summae sapientiae et artis indicia, invenire potuissent. Divina etiam ipsa ars videtur, quae sonos literis efferre doceat, et conspectui aliorum, omnia quae putari aut dici possent, diversis 22 literarum variè dispositarum conjunctionibus, exhibeat. Talis reverà ars omnes humani ingenii vires superare videtur.

Denique, Arabica, Syriaca, et Chaldaica, radices suas ex diversis consonantium copulationibus per triadas etiam formant, eodem modo quo lingua Hebraea; quae planè ostendunt eas non esse diversas linguas, sed tres posteriores dialectos esse Hebraeae, uti etiam ex nominibus hominum et locorum in Bibliis patet, quae omnia derivari ex una vel altera illarum commodè possint.

Antiquitatem si spectemus, quae summam rebus conciliat dignitatem ac venerationem, lingua Hebraea omnium antiquissima, originem non a Mercurio, non a Cadmo, non a Phoenicibus, sed ab ipsis mundi primordiis ducit, ut quae nata est cum orbe nato, Dei et angelorum lingua, hominumque primorum vernacula. Haecce ejus antiquitas a nominibus, primis hominibus, locisque, quae in historia sacra occurrant, impositis, confirmatur. Mosem linguam primaevam in Hebraeam vertisse, uti doctiss. Grotius vult, ab omni veri specie abhorret: quanta enim omnis historiae confusio inde oriretur. Nomina gentium vetustissimarum, deorumque Gentilium, reliquiaeque quaedam hujus linguae in omnibus aliis, ejusque maxima simplicitas,

citas, antiquitatem corroborant. Sed haec prosequi, longius nos ab incepto traheret. Obiter notandum est, quod simplicitas linguae Hebraeae illam Syriacâ antiquiorem esse ostendit. Hactenus diximus vim et copiam linguae Antediluvianae patere ex conspectu omnium illarum dialectorum. Linguam Labanis et Jacobi, non fuisse diversam, sed tantum dialectum, patebit ex Gen. xxxi. 47. ubi quod Labani Chaldaeo est יְגַר שָׂהֲדוּתָא *Jegar Sahadutha*, i. e. *acervus testimonii*, a Jacobo Hebraeo nominatur גַּלְעֵד *tumulus testimonii*; idem sensus vocabulis linguae primaevae synonymis, vel potius propriis, enunciatus: nam יְגַר *acervus*, ab אָגַר *acervavit*, propriè *contraxit*, in Arabica أجر idem significans, in pas. forma אֻגַּר *obligatus*, *conductus*, a primaria significatione *contrahendi*. Harmonia in Syriaca et Chaldaica perspicua: שָׂהֲדוּתָא *testimonium* propriè *oculatum*, cum א emphatico, a שָׂהֵד quae etiamsi non jam extat in Bibliis, procul omni dubio civitatis erat Hebraicae, dum lingua illa florebat: nam nomen שָׂהֵד inde derivatum habemus, Job. xvi. 19. et hoc confirmatur ex lingua Arabica, ubi propria et primaeva ejus significatio conservatur; nam شهد propriè significat *praesens fuit, oculatus fuit testis; 2. testimonium perhibuit coram*, et quidem sanctissimum, et jurejurando firmatum; unde שָׂהֵד in Job. bene verti possit, *testis oculatus*, qui quod praesens vidit, *testis praesentissimus*, qui intimos sinus et recessus cordis inspicit. Pro שָׂהֲדוּתָא maluit Jacobus uti voce עֵד *testis* propriè *auritus* a עוּד Arabicè عاد media *Waw*, *iterari*, *continuo repeti*; hinc in *Hiphhil*, *testari*, q. d. iterum iterumque asseverare; hinc עֵד *asseverator veritatis*. Vox גַּל est communis dialectis linguae Hebraeae a גָּלַל *voluit*, quae etiam apud Arabes جل. Mirum mihi quidem videtur, ullum virum doctum invenisse vocem שָׂהֵד esse Aramaeam, et claram corruptionem Hebraeae vocis עֵד cum relativo שׁ praefixo. Illam esse Aramaeam agnoscimus; sed eodem tempore Hebraicam et Arabicam dicimus; sed talis mutatio, vel corruptio ac שָׂהֲדוּתָא pro עֵד in dialectis linguae Hebraeae, ignoratur: גַּלְעֵד est planè vox composita ex duabus, viz. עֵד *testis*, et גַּל *tumulus*, quarum alia exempla in talibus extant. Quae enim causa affirmandi שָׂהֲדוּתָא esse corruptionem τοῦ עֵד quum hae duae voces exstitere in lingua Hebraica, aequè ac in dialectis ejus? An quia affinitas linguae Arabicae tam clara est, ut quicunque *legere* et *intelligere* Arabicam possit, planè intimam consanguinitatem perspiciet? Nulla alia differentia inter sermonem Labanis et Jacobi, quàm si pro *acervo oculatae inspectionis*, Latinè dicere velis, *tumulum testimonii*, vel *testis praesentissimi*. Vide Schult. Gram. Heb.

Heb. p. 4. Denique audiamus magnum Seldenum de hac re differentem: "Disertè affirmat ille vir doctus, ex historia Labanis et "Jacobi, diversam prorsus linguam ab Hebraea fuisse, malè a non-"nullis colligi, &c." Vide Selden. prolegom. ad tract. De diis Syr.

Credi vix potest, quantum effectum variae hujus orbis partes, in temperamentum linguamque hominum, habent: optimè observavit clar. Loescherus, Eoas gentes vividas esse, sicciores ac sale purissimo turgentes, linguisque uti velut conditis et aromaticam vim redolentibus: connexionis autem fluidae non adeo studiosas saepe salire has linguas, hiulcasque nobis videri. Tales sunt Sinensium Indorumque linguae. In orientalibus crebrae vocum emphases, orationisque lumina, et phrases vivae, ac veluti coruscantes: paucis multa reddunt. Non tam crebris vocum flexionibus, quàm inflexo tono, aut remissâ vel auctâ pronuntiationis vî, in rebus exprimendis utuntur. Occidentalibus planè contraria eveniunt; horum linguae hument ac fluunt, multis saepe ambagibus rem dictu brevissimam involvunt, et insitae vocum ενεργειας prorsus expertes, terminationibus variis et compositionibus ideas suas communicant.

Septentrio frigore celebris, frigidum habitum producit: tarda hic omnia et vacua affectibus, toni ut plurimum prolongati, et frequentes omnino vocales. Tales sunt Suedorum, Tartarorum, &c. linguae. Qui vero meridiem incolunt, fervent sermone, affectibusque vehementissimis voces ipsas ac tonum imbuunt; concitati ipsis toni, brevesque vocales ut plurimum placent. Ita se Arabum et Ethiopum linguae habent. Ut Loescherus Laconicè dicit, *Saliunt linguae orientales, occidentales fluunt, meridionales currunt, septentrionalibus planè repentibus.*

Hebraea lingua, dum viva et vernacula erat, in ea orbis parte sedem habuit, quae orienti ac meridiei propior est; indolis utriusque quodammodo particeps, emphatica et concitata fit, superflua quaeque vitans, paucis multa reddens, phrases ejus vividae et ενεργειας plenae, res tam breviter tamque accuratè exprimentes, ut nulla alia lingua nativam Hebraeae proprietatem vix assequi, aut imitari valeat.

Haec qui seriò pependerit, indolem esse tam diversam ab Hesperiis linguis, non mirabitur. Absurdum enim est Hebraeam ex nostrarum modulo metiri, tum pronuntiatione, tum structura et indole.

Puritas Hebraeae hinc perspicua est, quod peregrinis, atque ex aliis linguis petitis vocibus careat: verum quidem est quaedam vocabula exotica in S. Scriptura inveniri, v. g. Egyptiaca, Persica, Aramaea; sed ista vocabula non ad ipsam linguam referenda sunt; ibi tantum in medio producta, ubi de rebus exoticis sermo est: nondum enim Sacri Historici peregrina vocabula in Hebraeam vertunt, sed nomina exotica, ut se verè habeant, exprimunt. Mirum enimvero est, linguae hujus puritatem a Mose ad tempora Malachiae, postremi Scriptoris Divini, licet ultra mille annos remoti, semper incorruptam mansisse, eundemque in Malachia Hebraismi stylum regnare, ac in scriptis Mosaicis: cum in aliis ferè linguis, singulis ferè seculis, vicissitudo quaedam notabilis accidere observetur.

CAPUT II.

De LITERIS.

Num.	*Nomen.*	*Figura.*	*Organica vis et potestas.*
1	Aleph	א	aſpiratio leniſſima inſtar ſpiritus lenis Graec.
2	Bheth	ב	*bh.* nudum *b* cum puncto in medio.
3	Ghimel	ג	*gh.* pronunciatio in quo ineſt *g* cum flatu e gutture enuntiatum.
4	Dhaleth	ד	*dh.* cum puncto in medio notat nudum *d.*
5	He	ה	(῾) ſpiritus aſper Graec. dulcis aſpiratio, uti in *bonos.*
6	Vau	ו	*w* Germanicum.
7	Zajin	ז	*z ds* ut in voce Anglica *zeal.*
8	Heth	ח	*hh.* ſpiritus altero tanto aſperior quam Graecorum ille aſper.
9	Teth	ט	*t*
10	Jod	י	*j* molliusculé pronunciatur, ut Anglorum *y* in *you, yield, year.*
20	Chaph	ך כ	*ch.* χ *k* vel *c* durum Anglorum cum puncto in medio.
30	Lamed	ל	*l*
40	Mem	ם מ	*m*
50	Nun	ן נ	*n*
60	Samech	ס	*s* lene.
70	Ajin	ע	*hhh.* ſpiritus aſperrimus exiens in *hgh.*
80	Phe	ף פ	*ph* vel φ Graecorum.
90	Tzade	ץ צ	*tz* vel *tds*
100	Koph	ק	*k*
200	Reſch	ר	*r*
300	Schin	שׁ	*ſch* vel *sj*
	Sin	שׂ	*s* durum.
400	Thau	ת	*th* ϑ

Affinitas alphabeti Graeci cum Hebraeo, praecipuè dialecto Phoenicia, omnibus nota est: affinitas et harmonia alphabeti Arabici cum Hebraeo aequè perspicua erit omni serio attendenti seriem et rationem utriusque, et secundum rerum naturam ita deberet esse; veteres enim Arabes, sive Joktanidae, qui ex domo Heberi in Arabiam immigrarunt, eundem numerum et ordinem literarum tenuerunt, ut patet ex prisco gentis alphabeto. Ex multiplicatis enim literis adspiratis, oriuntur in alphabeto Arabico viginti octo literae; sed reverà numerus literarum idem ac in lingua Hebraea, tantum eadem litera blaesè, vel cum adspiratione, aliter vel diversimodo pronuntiatur: si literas בגדכפת raphatas, vel dagesch leni notatas, cum ה mappicata addiderimus, idem numerus literarum Hebraearum et Arabicarum erit.

Antiquissimae Arabum literae aliam faciem obtinuere, atque tum numero, tum ordine alphabetico ad amussim cum Hebraeo respondere. Hoc vetustum alphabetum vocatur *Algad Hewez*, &c. vocibus artificialibus, quae literas nobis omnes exhibent, secundum ordinem Hebraicum, &c. אבגדה ad finem usque alphabeti. Hicce character vetus *Cufficus* vocabatur, temporeque Mohommedis Meccae inter Koraischitas obtinebat, eoque Alcoranus exaratus fuit.

Recentior vero auctorem habuit Ibn Mocla supremum ministrum, sive Vizyrum quadragesimi primi Chaliphae Arradii, qui anno Hejirae 322. regnare coepit. Hicce Vizyrus, volvente seculo decimo, celeritatem scribendi unicè spectans, quadratum et tardum eliminavit, hodiernumque substituit, vocaliumque paucissimas notas reliquit. Doctissimus Gravius, aliquot folia Alcorani, hocce charactere Cufsico, ex Egypto attulit. Vide Pocokii specim. hist. Arab. p. 158. Videatur quoque Elmakinus de Ibn Mocla in historia Saracenica, p. 205. Sed affinitatem intimam et harmoniam linguae Arabicae cum Hebraea, brevi, Deo volente, in dissertatione, latius ostendere conabimur.

Quemadmodum apud Hebraeos punctum Dagesch et Mappik literis בגדכפת et ה impressum, numerum literarum non auget, ut viginti octo vel novem sint; ita quoque punctum sex septemve Arabum literis additum, illarum pronuntiationem quidem nonnihil immutat, numero vero ipsi nihil addit. Hae literae Arabicè sunt, د ح ط ع ص ت *Dal, Ha, Ta, Ain, Sad,* et *Te*, quarum pronuntiatio ab Hebraea procul dubio nihil discrepat; punctum vero superadditum, ita ut scriberentur sic, ذ خ ظ غ ض ث *Dsal, Cha, Da, Gain, Dad, Thse*, sonum blaesum, partimque asperum illis peperit.

Ut

Ut Grammaticorum omnium consensum taceamus; numerus et ordo literarum patet ex quibusdam S. Scripturae locis, in quibus versus incipiunt a singulis alphabeti literis. Ea autem loca praecipua, inter caetera, sunt, cap. ult. Proverb. a versu 10. ad finem usque capitis: Thren. cap. quatuor prioribus. Sed denique, in capitibus ii. iii. iv. ע et פ transponuntur; in Psal. cxix. octoni versus a singulis alphabeti literis exordium habent; quare Psalmus iste alphabetum magnum vocatur (f).

Quidam Grammatici literas viginti tres computant, distinguendo inter שׂ et שׁ, procul dubio nixi hac ratione, quod שׂ et שׁ in integris vocibus significationes varient;

(f) Observandum est, quod numerus literarum confirmatur ex Psal. xxxiv. sed deest ו aut ה et ו in versu sexto comprehenduntur, ut quidam volunt; etiam ex Psal. cxlv. at in eo deficit versus a נ incipiens, qui tamen adfuisse videtur tempore LXX interpretum, qui eum sic reddidere: πιςὸς κυριος εν πασι λόγοις αυτῦ. και ὅσιος εν πασι ἔργοις αυτῦ. Verosimile est eos in Hebraeo suo codice sic legisse,

נֶאֱמָן יְהוָה בְּכָל־דְּבָרָיו וְחָסִיד בְּכָל מַעֲשָׂיו

Fidelis Dominus in omnibus verbis suis: et sanctus in omnibus operibus suis.

Hicce vero versus desiderabatur tempore Hieronymi, neque etiam apud Graecos interpretes, Aq. Sym. Theod. &c. exstabat, teste antiquo Scholiasta.

In antiquioribus codicibus manuscriptis evolvendis, non raro mutationes quasdam inveniemus, sed nihil ad essentiam characterum facientes. Balmesius optimè observat, "Scripturam literarum apud "Hebraeos varios modos habere, pro diversitate provinciarum, sic "tamen ut participent omnes de forma literarum, quae *Assyriaca* "vocetur;" (ita quadratam literarum formam appellat), "quae "vere orthographica sit." Postea addit, "Scribas, ut pulchram scriptionem suam facerent, permutâsse literarum figuras, pro nationibus et linguis suis, sed leviter, ut divinatione opus non esset. "Post modum vero, in scripturas vulgares omnes, incidisse majorem mutationem, neque servatam esse Assyriacam scriptionem, "nisi in Bibliis." Haec digna notari, quia hinc effluxere coronulae et spinae literis impositae, praecipuè in Phylacteriis describendis.

ent; atque etiam Arabibus, Perſis et Turcis, pro diverſis habeantur. Videas Sext. Amama de recta lect. ling. ſanctae, p. 6. et 7. Pfeiffer, in introduct. in orient. p. 49.

Omnes viginti duae alphabeti Heb. literae, occurrunt in viginti ſex verſiculis V. T. (notante id Maſſora ad Ezech. xxxviii. 12.); et una cum ſic dictis finalibus, Zeph. iii. 8.: et Ezech. l. c.

Affinitas quarundam literarum ratione formae diligenter notanda eſt, ne inter legendum una pro altera accipiatur.

Bheth.	ב	כ	*Chaph.*	*Vau.*	ו	ז	*Zain.*
Ghimel.	ג	נ	*Nun.*	*Zain.*	ז	ן	*Nun fin.*
Daleth.	ד	ר	*Reſch.*	*Mem fin.*	ם	ס	*Samech.*
He.	ה	ח	*Heth.*	*Teth.*	ט	~~ס Samech.~~ pot. מ Mem.	
Heth.	ח	ת	*Thau.*	*Hhajin.*	ע	צ	*Tzade.*

In manuſcriptis errare poteſt quis facilè inter ל *Lamed* et *Reſch* ר ſi poſterius apiculo inſigniatur.

Oportet autem cautè inter literas ſibi ſimiles diſtinguere, quod diſcrimen omne in apicibus et angulis conſiſtit, ut ex harum accurata collatione conſtat.

Multi errores videntur exſtare in LXX. Interpretibus, ex incuria amanuenſium in hac re, ut cuivis inſpicienti patebit.

Obſervandum eſt, quinque haſce literas צ פ נ מ כ biformes eſſe;

כ מ נ פ צ

ך ם ן ף ץ

Poſteriori modo hae literae in fine vocabulorum pingi ſolent, indeque *Finales* appellantur: *Mem*, ex מ infra aperto, in quadratam formam claudente ם; reliquis כ נ פ צ baſin ſuam deorſum mittentibus, ך ן ף ץ quae mutationes ex

Nova Rabbinorum ſcriptura eſt rotunda, exilis, et pro conditione ſcribentium varia; vocabulo Arabico משקט vel מסקט cadentem, acclivem barbare currentem nuncupant.

Characteres Rabbinici, apud Judaeos, Hiſpanos et Italos uſitati, tantum a Biblicis diſcrepant in forma tenuiori et rotundiori, et ad ſcribendi celeritatem magis accommodati ſunt.

ſtudio καλλιγραφιας ortae. Quinque illae literae, memoriae cauſa, continentur in voce כָּמְנַפֵּץ *Camenaphetz, ſicut diſpergens.*

Accidit haecce dilatio in manuſcriptis etiam literis, ב ד ר ש ש ה ח פ ת ubi inſuper tres poſteriores cum gibbis antiquiùs viſuntur, *Phe* vere in ſe reflexum et reduplicatum.

Quoniam tanta eſt affinitas quarundam literarum, ut tyronibus moleſtiam creant, eò viſum fuit fuſiùs diſcrimen inter literas deſcribere.

Quod ad diſcrimen inter haſce literas: litera ב *Beth* diſtinguitur à כ *Caph*, quod haec ſupra et infra rotundior eſt: latera τῦ *Beth* angulum rectum ferè conſtituunt. ג *Ghimel* dignoſcitur à נ *Nun*, quod ductus perpendicularis τῦ *Ghimel* in apicem deſinit: idem vero ductus in *Nun* a fine, apice ad ſiniſtram continuò flectitur. Diſcrimen τῦ ד *Daleth* à ר *Reſch* apparet, quod *Reſch* rotundior eſt in ſuperiore parte; *Dhaleth* vero habet angulum rectum; vel aliter, *Dhaleth* conſtat ex duabus lineis rectis quae angulum rectum ferè conſtituunt; *Reſch* vero rotundiorem formam habet, et angulum obtuſum imitatur.

ד *Dhaleth* lineam inferiorem non excedit; ך vero finale infra eam extenditur.

ה *He* habet ſpatii aliquantulum relictum inter lineam lateralem ſiniſtram et ſuperiorem; ח *Heth* vero ibidem clauditur.

Differentia inter ו *Waw* et ז *Zain* haecce eſt, nempè, quod apex τῦ *Zain* craſſiuſculam apicem habet.

ו *Waw* ad extremam uſque lineam deſcendit; י *Jod* vero minimè.

ז *Zain* et ן finale eodem modo a ſe invicem diſtinguuntur.

In ח *Heth* utraque linea lateralis recta eſt, et cum ſuperiori angulum rectum conſtituit: linea dextra τῦ ת *Thau* recta eſt; linea verò ſiniſtra paululum inflectitur, et in craſſiuſculam apicem ſiniſtram verſus deſinit.

ט *Teth* ſupernè; מ verò infernè apertum eſt.

ס *Samech* ferè rotundum eſt; at ם *Mem* finale quadratum.

Cauda τῦ ע *Hajin* ad dextram curvatur; צ verò à ſiniſtra ad dextram, et iterum à dextra ad ſiniſtram replicatur.

שׁ *Schin* habet punctum in dextro cornu; שׂ *Sin* verò in ſiniſtro.

De organica vi et potestate Consonantium.

א *Aleph* est organicus ille motus qui in incipienda vocalium pronuntiatione, syllabam sive longam sive brevem inchoat, tum in principio, tum in medio vocis peraequè potest, et a vocali sequente distinguitur; aliquando verò quiescit: aspiratio ejus lenissima permulcens magis quàm feriens aures (*g*).

ב *Beth* notat *bh*; quando habet punctum in medio, aspiratio tollitur. Pronuntiatio Rabbinica per *v* non videtur esse antiqua. Graecae versiones tenent simplex *Beta*, sine aspiratione.

ג *gh* aspiratio, in qua inest *g* cum flatu è gutture enunciatum. In lingua Graeca retinetur nudum *Gamma*, accedente iterum auctoritate LXX. Interpretum, nec non Originis in Hexapla simplex γ substituentium.

ד Vulgò

(*g*) Quidam viri docti volunt omnibus hisce literarum denominationibus suam subesse significandi virtutem et proprietatem, quae cujusque literae vel ordini vel formae apprimè conveniunt: אלף *Aleph*, nempè significat *bovem* vel *ducem*. Appellatio, uti volunt, in primum elementum ritè quadrans, sive formam spectes, sive principem locum. בית *domus*, in figura ב se offerens, cujus basis pingit fundamentum, superior linea tectum planum, intermedia parietem, apertum latus januam. Eadem subtilitate progrediuntur in caeteris literis, et contendunt haecce demonstrari posse: sed reverà haec viris limati judicii praecaria et merae conjecturae esse videntur. Grammatica enim Hebraea texenda est ex sacris classicis, et significatio verborum in hac lingua indaganda est ex locis parallelis Scripturae, ex antiquis versionibus, ex paraphrasibus Chaldaicis, et praecipuè ope dialectorum, et nequaquam ex formis et ductibus literarum.

Quod ad pronuntiationem linguae Hebraeae frustra objici solet a Spinoza et aliis, quod ambigua et obscura sit: idem verò dici possit de lingua Graeca et Latina; quia adhuc de Germana pronuntiatione illarum linguarum, sub judice lis est. Nullus tamen hinc inferre poterit, quod auctores in illis linguis conscripti intelligi non possint.

Liceat

ד Vulgò *dh*: aspirationem haud agnoscunt Graeci, Origines in Hexapla, neque Hieronymus. Eadem aspiratione caret Arabum *Dal*, et Graecorum *Delta*: aspiratam fuisse hancce literam suspicari est, ex creberrima illa mutatione ז in ד, per dialectum Chaldaicam et Syriacam: prona enim est flatûs et sibili vicissitudo. Ratio quare Graeci omittunt aspirationem in literis ד ג ב est, quod nullas literas aspiratas habuere ad sonum illarum exprimendum; sed pro כ פ ת ad manum habuere aspiratas χ, φ, ϑ.

ה *He*

Liceat mihi dicere, quod si ulla antiqua lingua possit prae se ferre, quod recta pronuntiatio ejus conservata fuit integra in huncce diem, meritò Hebraea haec sibi arrogare queat.

Nam Hebraeus populus, semel excisis atque afflictis Hierosolymis, in varias orbis partes disjectus, magnas et frequentes synagogas habuit, et adhuc habet in Asia, Africa, et Europa, quae ut veteres sacrorum ritus et ceremonias, sic linguam a majoribus suis traditam conservâsse videntur. Absit attamen a me affirmare quod veram, antiquam et vernaculam linguae Hebraeae pronuntiationem cum proprio ejus accentu retinuerint, ut olim tempore Mosis et Prophetarum fuerat. Ephodeus ipse Iudaeus ingenuè haec fatetur, cap. 32. " Non est quod existimes, nos hodie peritos in lectione Scripturae, et pronuntiatione literarum, qualis fuit apud antiquos." Observat ille, prae caeteris, inter ש et ס inter ק et כ nec non inter ו et ב olim eam fuisse differentiam, quae in omnes aures ultro penetraverit. Novimus et audivimus ipsi Judaeos legentes literas Hebraicas secundum peculiarem accentum locorum ubi nati et enutriti fuerant. Sed etiamsi antiquum pronuntiandi modum deperdidissent, nullus hinc inferre potest eos etiam omnem cognitionem linguae Hebraeae deperdidisse, qua usi sunt publicè in precibus publicis quotidie. Sed versio LXX. Interpretum rem extra omne dubium ponit, quod pronuntiatio hujus linguae non ita obscura et ambigua sit ac Spinosa prae se fert: è contrario, nescio an tantum habemus ad confirmandam veram pronuntiationem ullius linguae mortuae. Pronuntiationem veram, saltem essentialem, linguae Hebraeae conservatam fuisse, confirmatur etiam ex lingua Arabica, quae est ejusdem indolis cum Hebraea, et quae hodie vernacula est in multis locis tum Asiae tum Africae. Syri magis ad septentrionem siti, crassiori sono *Olaph*, *Beth*, *Gomal*, *Dolath*, *Lomad*, &c. *tzode* extulerunt. Delicatior pronuntiatio, è situ australi oriunda in Arabia tenuit, *Eliph*, *Be*, *Gjim*, *Dal*; Phoeniciis sonantibus *Alpha*, *Beta*, &c. Quisquis levissimam pronuntiandi differentiam, a diverso situ facile ortam, perspiciet,

ה *He* convenit cum *h* Latino.

ו pronuntiari debet eodem modo quo *w* Anglicum; nam si haecce litera fortem sonum τῦ *v* habuisset, nunquam sonus ejus in diphthongum eliquesceret. Vide Boch. Geogr. Sacr. p. 452. et Montfauc. Palaeogr. Gr. p. 128.

ז *ds* vel *z* pronuntiatum, vel convenit cum ζ Graecorum; solennis mutatio evincit hoc in *Hithpahel*, quae pro הִזְתַכֵּר *Hiztaccer* substituit הִזְדַכֵּר *Hizdaccer*, priori *ds* alterum ד invitante. Hoc etiam confirmari videtur ex nomine עזרא *Ezra* vel *Edsra*; unde postea *Esdra* apud Hellenistas.

ח est asperior quaedam populorum orientalium aspiratio, occidentalibus pronunciatu difficilior, medium quasi tenens inter *ch* et *h*; unde Arabes duplicem literam *Hha* ح et *Cha* خ Graeci autem suum ητα Η olim similiter aspirationis notam formarunt: difficilis etiam litera pronuntiatu, notat enim asperum conduplicatum exeuntem è gutture, unde *hh* a plerisque notatur.

ט valet nudum *t*, secundum LXX. Interpretes et Hexapla; alii verò aspiratam esse volunt; auctoritas verò alphabeti Arabici in litera *Te* confirmat, quod est litera sine aspiratione.

י *Jod* consonat cum *Jod* Graecorum, sed molliter pronuntianda est, ut ab Arabibus er Syris et Judaeis orientalibus, ut *y* in *you*.

כ est aspirata, ut χ, quae per *dagesch* fortè, aequè ac lene fit *c* erectum, ut in *calendis*, *camera*, &c.

Errare videtur cl. Cappellus, quum veteres semper aspiratam affirmat, in A. Pun. Rev. lib. i. cap. 15. refutatur haecce pronuntiatio in voce κηφας *kephas*, כיפא *petra*, כרמל *Carmel*; etiam ex usu Arabum, sub ك quod in initio syllabarum ut *c* stat, sive *k*; in fine verò, ut *ch*, exit.

Omnes conveniunt de sono literarum *Lamed*, *Mem*, et *Nun*.

ס quidam pronuntiant ut *s* molle, alii ut *s* durum; nobis verò pronuntiatio videtur melior eorum qui molliter pronuntiant.

ע. Maxima pronuntiandi difficultas est nobis occidentales regiones incolentibus, praesertim in ע; multi enim cum א et ה confundunt; ut hoc evitari possit, optimum esset tyrones assuefacere, hanc literam pronuntiare ut *hgh*. Eo-

dem

dem modo pronuntiatur ut غ apud Arabes. Aſpiratio denſiſſima Judaeis orientalibus, Syris et Arabibus, qui hanc literam ſummi gutturis vel narium adminiculo proferunt. Ut ſpiritum lenem plerumque LXX. Interpretes, nec non Origines in Hexapla, in prima, ſecunda et tertia ſede vocis cum omni vocali, ex aequo, efferunt: per *Gamma* reddiderunt aliquando, ut in עמרה Γωμμοῤῥα, עזה Γαζα, פעור Φεγωρ, Rabbini auctores fuere ut pronuntiaretur *gn* in principio ſyllabae, et ut *ng* in fine. Quidam efferunt per triplicem *hhh*; alii per *hg*, vel חג ut *He* aſperum et *Ghimel*. Ex hiſce patet, nunquam in animum LXX. Interpretum veniſſe ע fuiſſe vocalem, ut novatores quidam volunt.

פ *ph* notat, cum non habuerit *dageſch* lene. LXX. Interpret. aſpirationem retinent, aliquando efferunt per π. Extſtant enim Paſcha, Perſae, Palaeſtina, non veroſimilè eſt Hebraeos caruiſſe motu *p*.

צ notat *tz* vel *tds*, convenit cum *Sad* Arabum. Graeci per Σ ferè exprimunt. Obſervandum, quod *s* acrius quam *t* ſit pronunciandum, e. g. צָדוֹק, *tzadok*.

ק notat *kk*, ſive καππα, è gutture eductum, et palato alliſum.

ר notat ſonum *r*, Judaei aſpirationem ei tribuunt; leguntque per *rh*, quum ſyllabam incipit; per ſimplex *r*, quum claudit ſyllabam. Graeci accuratè obſervant hanc pronuntiationem, ut Πύῤῥος, *Pyrrhus*: convenit cum ρ Graecorum.

שׁ *ſch*; alii verò ſonant per *sj*, vel *ſh* Anglorum, et profertur cum ſtridore quodam.

שׂ *s* duriter pronunciatum. *Schin* cum dextro puncto ſibilat craſſius, exilius cum ſiniſtro, e. g. שֵׁשׁ *Scheſch*, *ſex*; שֶׂה *Se*, *pecus*. Hinc nonnulli dividunt literas in uniſonas et biſonas: Biſonae ſunt בְּגַדְכְּפַת dictae, et penultima alphabeti ש, quae ſonum variant; reliquae omnes ſunt uniſonae. Ephrataei שׁ olim pronuntiabant ut שׂ, nempe שִׁבֹּלֶת *Sibboleth*, pro *Schibboleth*; quo ſymbolo proditi perierunt ex iis 42000. Vid. lib. Jud. cap. 12.

ת notat *th*, Interpretes LXX. et Origines hujus loco Θ ſubſtituerunt.

Non opus eſt ut tyro Hebraeus plus aequo ſollicitus ſit de pronuntiatione harum literarum; fieri enim non poteſt ut hae literae eadem vocis inflectione proferantur, qua eas pronuntiabant,

nuntiabant, qui tempore Mosis, Davidis, aut Captivitatis Babylonicae, Hebraicè loquebantur. Satis sit, ut ipsa, si fas ita loqui, pronuntiationis substantia servata fuerit, quamvis ejus accidentia fuerint immutata.

APPENDIX.

1. *De Antiquitate Quadrati et Samaritani characteris.*

MAGNA controversia est de antiquo Hebraeorum charactere, isne quo nunc utimur an Samaritanus? Huic quaestioni originem dedit Hieronymus, in Praefat. in lib. Regum: "Certum est Esdram "Scribam legisque Doctorem, post captam Hierosolymam, et instau-"rationem templi sub Zerobabele, alias literas reperiisse, quibus "nunc utimur, cum ad illud usque tempus iidem Samaritanorum et "Hebraeorum characteres." Multi viri docti tanta auctoritate adducti, pedibus in sententiam hancce iverunt; et forte plurimi officiosè sequi maluerunt, quam difficili expendere examine argumenta quibus haecce hypothesis innitebatur: alii verò, tum Judaei, tum Christiani, contrariam amplexi sunt.

Hi viri docti, qui contendunt veras Hebraeorum literas, quibus Lex et Prophetae exaratae, fuisse non *quadratas*, quas nunc prae manibus habemus, sed *Samaritanas*, quas cum Scriptura Assyriaca Esdras, post captivitatem Babylonicam, ex odio Samaritanorum, vel exilii longi causa, commutaverat. Hi suam sententiam sequentibus argumentis defendunt. 1. Nomen Scripturae Assyriacae כתב אשורי quod Talmudici tribuunt charactéri quadrato, secundum celebrem traditionem Cod. Megell. Rabbi Juda dicit, *Scripturâ Assyriacâ data fuit lex: cum vero peccassent, conversa est ipsis in fracturam, at cum penitentiam egissent diebus Esrae, reddita est ipsis Assyriaca.* 2. Hoc validius ipsis videtur argumentum, quod hanc appellationem illis inditam esse volunt, quia ascendit cum iis ex Assyria, מאשור. 3. confirmari etiam volunt ex testimoniis Rabbi Jose *Mishnici*, et R. Zutra *Gemarici*; quorum prior Esram dignum habitum fuisse, qui Scripturam mutaret ex Veteri in Assyriacam; alter vero planè affirmat, "In principio datam esse legem scriptura He-"braea et lingua sancta: deinde in diebus Esdrae eam datam "scriptura Assyriaca et lingua Aramaea; electam ita esse pro Israe-"litis scripturam Assyriacam et linguam sanctam; atque Idiotis, "i. e. Cuthaeis sive Samaritanis relictam scripturam Hebraeam, et "linguam Aramaeam." 4. Sed urgetur quasi omni exceptione majus argumentum ex nummis Samaritanis, vel potius Judaicis antiquis, Samaritano charactere notatis, quorum nonnulli tempora Davidis

vidis et Solomonis attingant. 5. Additur argumentum ex Hieron. ad Ezech. ix. 4. ubi, vertens signa תו " super frontes, notat, anti-" quis Hebraeorum literis, quibus usque hodie utuntur Samaritani, " extrema litera *Thau* crucis habet similitudinem, quae in Christia-" norum frontibus pingitur." 6. Alii ex R. Azar. afferunt LXX. Interpretes vertisse ad Samaritanam legis codicem; scil. tanquam antiquiorem et sinceriorem, quàm quo Judaei post reditum usi sunt. 7. Addunt alii testimonium Africani et Georg. Syncelli, qui tradunt Samariticum exemplar legis esse primitivum et verum Mosaicum.

Ex altera parte genuina antiquitas characteris hodierni argumentis sequentibus stabilitur. 1. Veterem Scripturam ab Esra sine piaculo novari non potuisse. 2. Saltem non sine periculo et detrimento sacrae veritatis antiquissimae. 3. Gentem Judaicam tenaciorem semper fuisse rerum a patribus traditarum, quàm ut priscam legis scripturam immutari sivissent, et quidem in characterem Chaldaicum: i.e. profanum et hostilem. 4. Ne fieri quidem potuisse ob gentis Judaicae dispersionem, in Egyptum, Assyriam, Mediam, aliasque regiones, ut ab antiqua, et omnibus hactenus vernacula forma, scribendi desciscceretur, cum tot exemplaria sacri codicis in hisce variis regionibus dispersa fuerant, et in omnium ferè Judaeorum manibus erant. 5. Veteres interpretes omnes ex codicibus quadrata litera exaratis versiones suas adornâsse; quippe qui ex similitudine literarum, saepissimè inciderint in errores, in quibus ad Samaritanum characterem, nunquam errare potuissent. 6. Ipsum etiam codicem Hebraeo-Samaritanum, qui libros Mosis exhibet Samaritano charactere, non descriptum esse ad aliquod exemplar vetus, literis Samaritanis exaratum; sed ad Esrae illud, idque ad oculum demonstrari posse, ex hallucinationibus è similitudine literarum Hebraearum oriundis, quibus codex scateat. 7. Hanc sententiam confirmari suffragiis maximae partis Rabbinorum, tum veterum Misnicorum, Gemaricorum, Kabbalistarum, tum recentiorum Ab. Esrae, Jarchii, Kimchii, Maimonidis, Bartenorae, &c. &c. 8. In scripturae Hebraeae formam quadrare dictum Domini, Mat. v. 18. quum *Jod*, in alphabeto Samaritano, maxima sit litera: denique, ex siclis Judaicis charactere quadrato signatis, tum ex antiquis monumentis. R. Asarias refert, se apud Davidem Pansam, civem Mantuanum, vidisse nummum argenteum, in cujus una parte erat figura capitis humani cum hisce literis שלמה המלך *Rex Solomon*; ab altera verò figura templi cum היכל המלך *Regis Templum*. Plura exempla videas apud Waserum, Kercherum, Schickardum, et Hottingerum, de nummis orientalibus. Ex hoc conspectu argumentorum, maximi momenti hinc et inde, quisque sibi judicare possit. Primum, secundum, et tertium argumentum, pro antiquitate literarum Samaritanarum, sunt merae Rabbinorum quorundam argutiolae. Quintum, ex Hieronymo, planè precarium; observat praeterea Loescherus, quod litera *Thau*, cum tachygraphicis Hebraeis literis optimè, non verò cum Samaritana illa, convenit. Scaliger

in

in Euseb. animad. observavit nihil falsius dici potuisse, quod extrema litera *Thau* crucis habet similitudinem. Vaticanus certè codex, omnium antiquissimus, crucis figuram non habet, sed ubique exprimit *Thau* per figuram literae N inversam N, prouti eam exsculpi curavit Athanas. Kercher. Vide Simon. hist. critic. Vet. Test. lib. i. p. 76. Sed certum est, תו ibi esse nomen appellativum, notans *signum* sive *signaturam*, ut Job. xxxi. 35. Sextum et septimum, falsa, et ab ipso Simonio confutata.

Ex omnibus argumentis quae pro Samaritanis proferuntur, nullum fortius eo adducto ex nummis Israeliticis, qui effossi, ut traditur, circa Hierosolymas, cum urbi sanctae inscriptione, aliisque notis Judaismi, charactere, ut creditur, Samaritano insigniti. Sed detur tales nummos extitisse, an inde certo certius colligere liceat, Hebraeos illo solo charactere usos, atque huncce fuisse characterem, quo lex olim exarata, reliquique libri sacri conscripti? Non omnino hinc inferre liceat, Judaeos tunc temporis nullum alium characterem habuisse. Etiamsi enim Romani Graecis literis in numismatibus usi sunt, an inde sequitur Graecum characterem fuisse solum usitatum a Romanis illo tempore, vel leges duodecim tabularum Graecis literis exaratas fuisse? Verisimillimum est, Hebraeos duplicem characterem habuisse: alterum profanum, qui *Phoenicius*, dein *Samaritanus*, vocabatur; alterum sacrum, in sacris potissimum usitatum: literasque vulgares Hebraeorum fuisse similes illis quae apud Samaritanos deinde obtinuere; alias verò sacras, quadratis nostris similiores. Omnis verò vis hujus argumenti retunditur a doctiss. Loeschero, qui, magnam differentiam esse inter illos characteres et Samaritanos, ostendit; censet etiam illas literas nummorum esse potius Hebraeas *veteres*, è celeriori studio scribendi ortas, sive tachygraphicas, quas Samaritani a Judaeis acceperint, aetate Assamonaeorum, magisque intortas reddiderint, atque pro gentis genio appendicibus quibusdam auxerint. "Negari enim a rerum peritis non "poterit, nummarias has, de quibus disputamus, literas, medias esse "inter Hebraeas nostras et Samaritanas." Porro addit ille vir doctus: "Sunt illae equidem Samaritanis persimiles, sed nec dissimiles iis "quas nos Hebraeas dicimus, nonnunquam etiam a seipsis tantum "fermè differentes, quantum differunt ab Hebraeis; quod, ut ad o-"culum omnibus pateat, sub finem tabellae istius, alphabetarium "indicem literarum, quales in *his nummis* inveniuntur, adjeci. "Manifesta est discordia inter eas, praesertim quae ע נ י ח ו ד א "et ת exprimunt. Nulla est litera quae per omnia, constanter-"que cum Samaritanis hodiernis, conveniat, quin quaedam cum He-"braeis melius quàm cum Samaritanis conspirent. *Rem omnem i-"terum iterumque pensitans, prorsus in hanc pervenio sententiam, istas "nummorum literas è celeriori scribendi studio ortas esse.*" Nam cum Hebraeae literae, quales in codicibus sacris religiosè studioséque scriptis occurrunt, moram scribendi faciant, tractusque stili regulares requirant; factum est, ut in profanis rebus, quae com-

 pendium

pendium ſcribendi requirunt, negligentiores ductus paullatim ſuborirentur. Memoratu digna ſunt verba doctiſſ. Steph. Morini, in exercitationibus de linguis, p. 271.: "Unde licet aſſeverare ipſas "hodiernas Samaritanorum literas, quae longo ſeculorum decurſu "a primis plurimum deformatae fuerunt; ab Ebraeis noſtris minus "differre, quàm differant a literis impreſſis cujuſvis gentis literae "confuſae et inter ſe permixtae notariorum. Sic mutata fuit in "nummis Samaritanorum ſcripta Hebraica, &c." Haec affirmata ſunt a viris qui haec numiſmata examinarunt, et cum alphabeto Hebraeo et Samaritano compararunt. Imo Simonius ipſe hoc fateri videtur, hiſce verbis: "Diſcrimen Judaicorum et Samaritanorum characterum illud eſt, ſcilicet, Judaici ſimpliciores ſunt et "magis quadrati, Samaritani verò quoſdam apices aut uncos acu"minatos habent." Vid. hiſt. crit. Vet. Teſt. L. i. p. 74. Etiam doctiſſimus Waltonus, etſi ſtrenuus antiquitatis literarum Samaritanarum propugnator, idem etiam ferè fatetur: "Characterum etiam "rudis et ſimplex figura, a qua hodiernam Samaritanam deflexiſſe, "ad ſcriptionis celeritatem, liquet, &c. Vid. Prolegom. ad Bibl. Polyglot.

Cl. Schultenſius, characterem Samaritanum eundem ferè eſſe cum Phoenicio, exiſtimat, quique haud dubiè antiquior erat: Samaritani enim a prima rerum ſuarum origine a Phoeniciis characteres ſuos habuiſſe videntur, ex eorum vicinitate et commercio cum Phoenicia; ut Phoenices ſuos ab Hebraeis habuere. Simplicior debuiſſet eſſe antiquus ille character Phoenicius quàm Samaritanus nunc pingi ſolet, noviciis acceſſiunculis et lineolis auctus. Id enim credere jubet Graecarum literarum cum iiſdem convenientia; iſtae enim Phoeniciae ab Hebraeo quadrato, non niſi ductu flexuque manus, differunt. Si igitur ſtatuamus Hebraeas antiquiſſimas, temporibus paulo rudius vel ſimplicius et liberius ſcribi ſolitas, hypotheſis haecce Samaritanarum literarum in fumum evaneſcet. Hoc nemo palaeographiae peritus negaverit. Nobilis Montfaucon, Loeſcherus, aliique, hoc admittere non dubitarunt. Vid. Alph. Phoen. et Samar. quae Palaeogr. Gr. p. 122. exſtant.

Denique, Chaldaei, Syri, Aſſyrii, Phoenices, Arabes, ductus literarum primaevos habuerunt; unde characteres quiſque ſuos derivarunt, retenta ſemper origine, quam ne nunc quidem, poſt tot ſecula, exuerunt. Etiam Syrorum character hodiernus, tum quadratus, tum Eſtrangelo ſive rotundior, et Arabum ille, qui ſeculo decimo, ex veteri nimis tardo, in celerem et expeditiſſimum inflexus, cum Hebraeo et Phoenicio ſimpliciore maximam affinitatem habent, ac proinde has eſſe antiquiſſimas, judice Schultenſio in illis linguis verſatiſſimo, nullo modo dubitandum.

Samaritanos et Phoenices characteres, origines ſuas ab Hebraico ducere, ex figura Hebraicarum et Samaritanarum patet, quae ita conveniunt, ut neceſſarium ſit ſtatuere, alteram alteri debere originem: ſimplicior character quadratus inde antiquior. Uti enim Regum familiarumque

familiarumque insignia antiquiora judicantur, quo simpliciora sunt quibus utuntur symbola, ita quoque simplex literarum figura antiquitatem testatur. Numisma antiquius censetur, quo minus artis in eo deprehenditur. Doctissimus Schwarzius putat Phoeniciorum coloniam, post vastatam a Salmanassere Samariam, in eam regionem abductam fuisse; etiamsi non audeat tempus definire quo Sidonii in Samariam migravere, nec causam migrationis: tamen ex ipsorum Samaritanorum confessione publica, tum ex Josephi tacito assensu, tum denique ex historia Phoenicum, affirmat; et addit, "Id jam notâsse adversus eos qui miram antiquitatem formae "externae Pentateuchi Samaritani solent tribuere, sufficiat, "characterem Samaritanum demum post Hoseam Israelis Regem "usu receptum esse. Est itaque hoc certissimum, Pentateuchum, "quo inde a Mosis tempore Judaei usi sunt, literis antiquissimis "Hebraicis scriptum esse; ipsum verò deinde in gratiam Colono-"rum, qui Samariam incolebant, literis Phoeniciis, sive ut jam "appellamus eas, Samaritanis." Vid. Schwarzii Exercitationes Historico-criticas, in utrumque Samaritanum Pentateuchum.

Vix a rerum peritis negari possit, nummarias hasce literas medias esse inter Hebraeas et Samaritanas. Judaei etiam, qui in Palestina, iisdem literis non solum Assamonaeorum aetate, qua nummi isti cusi sunt, sed Apostolorum temporibus, imo ad Hieronymi usque aevum usi sunt, qui a Praeceptore Judaeo Tiberiensi easdem addidicit, observante Loeschero. Aliam tachygraphiae rationem invenerunt Judaei Babylonii, quorum posteri dispersi per Europam Rabbini sunt, qui compendium scribendi quaesiverunt, unde Rabbinicae literae ortae sunt: hae verò non planè inter se conveniunt; scriptura enim Hispanica multum a Germanica differt; sed in his etiam, aequè ac in Samaritanis tachygraphicis, ductus essentiales quadrati characteris observare liceat.

Hinc videre liceat, quibus argumentis nituntur hi viri docti, qui miram et certam antiquitatem, literis Samaritanis, prae caeteris, dant. An tanta causa eos deridendi, qui Samaritanis literis antiquitatem talem denegent? Dolendum illos suo tantum ingenio abundâsse, ut viros recondita orientalium literarum scientia claros opprobriis et conviciis prosequerentur. Doctiss. Jos. Scaliger, in animad. in Euseb. *Omnes tales, eximio semidoctorum, semitheologorum,* semihominum, *elogio, ornat, qui doctrinae et pietatis suae non alios testes habebant, quam asinos.* Haec reverà indigna sunt viro liberali ingenio et docto. Nollem doctiss. Waltonum tam audacter dixisse in Prolegom. ad Bib. Polyglot. p. 20. *Primum itaque et praecipuum argumentum pro literis Samaritanis, et quod luce sua,* evidenter hoc probat; *(cui nemo, nisi qui luscus, vel oculos claudit, assentiri non possit;) ductum est ex antiquis numismatis Hebraeorum ante captivitatem cusis,* &c. Haec non tam certa fuisse patet, ex praedictis, et ex Spanhemio talium peritissimo, qui non valdè magnificè de illis nummis censet. Vide Epist. ad amicum de hist critic. Simon.;

Simon.; cum opera de Praest. et Usu Numis. diss. sec. Relandus, auctor gravis in talibus, ostendit eos ad tantam vetustatem nondum pervenire, quanta jactari solet. Audiamus illum disserentem de Num. Samarit. in dissert. p. 7. "Antiquissimis temporibus solebant "Hebraei nummos ponderare, et certam argenti aurive quantita-"tem ad stateram expendere, non Abrahami tantum aevo, ut do-"cemur, Gen. xxiii. 16. sed et Davidis, 1 Chron. xxi. 25. et "Jer. xxxii. 9. Quibus in locis, cum fiat mentio ponderationis, "etiamsi nummi exiguo numero solvendi essent; nuspiam verò, "in codice Veteris Testamenti, nummos cusos esse legamus; tutò "credimus, aetatem nummorum cusorum ad tempora templi secun-"di debere referri. Cujus sententiae contrarium a nullo hactenus "demonstratum fuit. Verum, stante templo secundo, nummos a "Judaeis cusos fuisse, nullus, quod credam, virorum eruditorum, "negabit." Etiamsi verò sicli, quorum frequens apud Mosen, ante Regum tempora, et sub templo priori fit mentio, signata pecunia constitissent, et ab Israelitis monetae cusae vestigia occurrissent; certum est, nullum in lucem protractum fuisse *siclum*, vel *nummum genuinum*, qui Assamonaeorum, et Simonis Maccabaei aetatem antevertat. Vid. Conring. in Paradox. de Num. Hebr.

Ex dictis, ni fallor, quisquis aequus judex videbit, hocce argumentum a nummis Samaritanis, non esse magni ponderis ad demonstrandam characteris Samaritani veram antiquitatem: neminem enim latet, innumeras fraudes circa numismata antiqua exerceri, ad avidorum et curiosorum antiquariorum crumenas emungendas; alii enim pro libitu fingunt, quae alii postea cudunt, et ex uno innumera crescunt. Waserus, inter alios nummos memorat, unum cum Salvatoris effigie, et nomine Jesu: ex altera hunc titulum habet; *Rex venit cum pace, Deus homo factus est:* talesque vidit, tam Samaritanis quam Hebraicis literis hodiernis expressos, vulgò circumferri, quos fictos et recentiores esse nemo dubitabit.

Denique, codex ipse Hebraeo-Samaritanus contra hypothesin antiquitatis Samaritani characteris, prae Hebraeo, testis manifestus est: etenim si Pentateuchus Samaritanus, a Samaritano exemplari, literisque Samaritanis exarato, ab initio descriptus esset, si ulla diversitas in exemplaribus occurreret, haecce differentia a literis sibi simillimis oriretur, cum aliunde hae diversae lectiones irrepere non potuere. In Pentateucho Samaritano literae simillimae sunt ב et ר et צ ג et פ, et tantum minimis apicibus inter se differunt, et vix semel una pro altera irrepsit. An credibile est, quin, in codicibus Samaritanis exarandis, una pro alia harum literarum irreperet? Literae verò א et ע ב et כ ד et ר ו et י מ et ס, aliaeque quibus apud Hebraeos nostros similis est figura, apud Samaritanos dissimillima, confunduntur, et pro se invicem scribuntur, uti multi viri docti, post sedulum examen, observarunt. Hoc mihi certius et realius argumentum suppeditare videtur, quam omnia numismata ex alia parte adducta. Itaque, cum similitudo literarum Samaritanarum nul-

las

las inter Judaicum et Mosaicum Pentateuchum diversas lectiones effecerit, inferre liceat, Judaicum non a Samaritano exscriptum fuisse: è contra, Samaritanum Hebraei Pentateuchi ἀπογραφον, et ab hoc tantum dissidere, ex errore et confusione literarum, figura aut sono affinium, constat.

Annon igitur viri docti modestè se gerere deberent, in textu Hebraico corrigendo, ex Samaritano Pentateucho, nisi rationes solidissimae, ad hasce varias lectiones, tum ex locis parallelis, et sensu loci indubitato, confirmandas, exstent?

Tota haecce hypothesis objectionibus maximis, a natura et ingenio Judaeorum, obnoxia est: Quis enim sibi persuadere possit, quod Judaei sibi adimi eos characteres permitterent, quos tam diu habuerant, et quos a Deo in tabulis et a summo legislatore Mose in lege acceperant. Impossibile verò videtur, Esram antiquos characteres mutare potuisse, tum propter ingenium Judaeorum tenacissimum religionis, et omnium quae suam legem spectant, tum propter varia exemplaria Veteris Testamenti, per totum orbem dispersa, non tantum in Babylonia et Palestina, variis academiis synagogisque suis, adeo ut in potestate Esrae nunquam fieri potuisset, omnia exemplaria revocare; cum quilibet vulgaris Israelita, artem scribendi edoctus, exemplar legis sibi exscribere tenebatur, vel, si literarum rudis esset, exemplar ab alio descriptum aere suo emebat. Hoc confirmatur ex Maimonide, Hal. Tephil. cap. 7. *Quilibet sibi ipsi exemplar legis exscribere tenetur, etiamsi parentes ipsi exemplar reliquerint, et si propria manu exscripserit, perinde est,* ac si de ipso monte *Sinai accepisset. Sin literas nesciat, ab aliis* pro *se scribi curabit.*

CAPUT II. SECT. II.

De Literarum divisione.

LITERÆ apud Hebraeos dividuntur, 1. Secundum organa quibus omnes literae praecipuè moventur. 2. In Radicales et Serviles. 3. In Mobiles et Quiescentes.

Divisio literarum secundum organa justissima, et in ipsa natura fundatur, quum omnes literae motu organico formentur; et dividuntur secundum organa in literas,

1. Gutturis. אהחע, quae spiritu in gutture formato pronuntiantur; אֲהַחַע *ahahagh.*
2. Palati. גיכק, quae aëre ad palatum oris protruso efferuntur; גִיכַק *gicbak.*
3. Linguae. דטלנת, quae linguâ superiorum radici dentium affixâ proferuntur; דַטְלַנַת *datlanath.*
4. Dentium.

4. Dentium. זסצרש, quae dentibus anterioribus pulſatis ſonant vel ſibilant per dentes et gingivas edentulorum, זַסְצֵרַשׁ *zaſtzeraſch.*

5. Labiorum. בומפ, quae labiis compreſſis erumpunt; בּוּמַף *bumaph* (*b*).

Ex his autem gutturales et labiales praecipuè ſcitu neceſſariae, ac a tyronibus potiſſimum obſervandae, ac memoriâ tenendae.

Literae ejuſdem organi crebrò inter ſe permutantur: cum grano ſalis verò haec regula capienda; nam ח et ע nunquam permutantur. In palatinis ל et נ aliquando ט et ת ſaepiſſimè inter ſe commutantur; ר ferè nunquam.

N. B. Quod ד et ט ſubſtituuntur loco ת, euphoniae cauſa, in conjugatione *Hithpahel*; ne poſt duriſſimum ſonum צ non ſtet ת durius, ſed ט mollius elementum. Eandem ob cauſam ת mutatur in ד poſt ז; e. g. pro הִזְתַּכֵּךְ *biztaccer*, ſubſtituitur הִזְדַּכֵּךְ *bizdaccer.*

Literae ſibilantes ז ס צ ש per dentes efflatae ſaepiſſimè mutationem ſubeunt; alternas enim ſibi vices ſemper praeſtant ז et צ, nec non ס et שׁ; nam שׁ non adeo mutabile eſt apud Hebraeos. Videſis clavem dialectorum per clar. Schultenſium paſſim (*i*).

ר nullam permutationem ſubit.

Altera literarum diviſio eſt in Radicales et Serviles, eaque ad analogiam linguae percipiendam utiliſſima, omnibuſque linguis Orientalibus communis. *Radicales* vocantur, quod

(*b*) Literae illae vulgò vocantur a *gutture, gutturales;* a *palato, palatinae;* a *lingua, linguales;* a *dentibus, dentales;* denique, a *labiis, labiales.* Non tamen haſce literas uni organo aſſignamus, ut nullum aliud ad eundem conatum oris concurrat. Cum latitudine quadam haec tractanda, nec anatomiae ſubtiliſſima acies huc admovenda.

(*i*) Literae ejuſdem organi facilè inter ſe permutantur: hujus regulae utilitas praecipuè deprehenditur, in affinitate linguae Arabicae, Syriacae, et Chaldaicae, cum lingua Hebraea, perſpicienda.

Ex gutturalibus א et ה, ut שֵׁנָא pro שֵׁנָה *Somnus.* ה et א מִקְשָׁה pro מִקְשָׁא *cucumerarium*; etiam הוֹן et אוֹן *divitiae.*

Ex palatinis ק et כ ut קֹבַע et כֹּבַע *galea.*

Ex lingualibus ד et ת ut הִזְדַּמֵּן pro הִזְתַּמֵּן *praeparavit ſe.*

Ex dentalibus שׂ et ס ut שִׂכְלוּת et סִכְלוּת *ſtultitia.*

Ex labialibus ב et פ ut בָּצַע et פָּצַע *vulneravit.*

quod ſemper in radicibus formandis uſurpantur. *Serviles* dictae ſunt, quod radicalibus additae, numeris, generibus, perſonis, &c. formandis, inſerviant. Saepe tamen literae ſerviles naturâ fiunt officio radicales; imo voces quaedam ſunt, quae meris ſervilibus conſtant. In omnibus linguis quaedam literae, praeter radicalem, quae ad thema conſtituendum adhibentur, ſervilem ſumunt conditionem, quae vel declinationi, conjugationi, derivationi, et compoſitioni vocum ſubſerviunt, illuſtrantque analogicam formam verborum.

Radicales ſunt undecim, ג ד ז ח ט ס ע פ צ ק ר; et comprehenduntur in memoriali, חָג טִפְסַר זָע צֶדֶק *bhagh, tiphſar, zahgh, tzedek, tripudiavit princeps, exultavit juſtitia.*

Serviles ſunt etiam undecim; nempè, מֹשֶׁה כָּתַב אֱלֵינוּ *Moſche, chathabb, elinu, Moſes ſcripſit ad nos.*

Literae מֹשֶׁה וְכָלֵב *Moſche, vechalebb,* conjunctae vocibus, ſunt particulae inſeparabiles, quae uſui praepoſitionum inſerviunt, et de quibus poſtea ſpeciatim dicendum.

Tertia diviſio literarum eſt in Mobiles et Quieſcentes. Mobiles ſunt octodecim: *Mobiles* dicuntur, quod, ubicunque adſint, ſemper moventur, i. e. leguntur. Quieſcentes quatuor; nempè א ה ו י. Hae literae *quieſcentes* appellantur, a *quiete*, in quam tranſeunt; per *quieſcere* autem nihil aliud intelligitur, quàm vocali praecedenti omnem motum ſuum organicum remittere, cum eaque velut colliqueſcere in longiorem ſonum.

Omnis litera, utpote *merus motus organicus* oris, ſua natura mobilis, i. e. ſonari poſſit, ſemperque pronuntiatur cum ſyllabam incipiat. Sed quaedam literae ſunt, quae non tam facilè audiuntur aut pronuntiantur, cum ſyllabam claudant; indeque *quieſcere* dicuntur, vel remittere omnem motum ſuum organicum vocali praecedenti, cum eaque colliqueſcere in longiorem ſonum. Hae quatuor literae א ה ו י, vulgò *ehevi* dictae, illum motum exuere amant, i. e. quieſcunt, vel remittunt motum ſuum organicum praecedenti vocali, cum eaque veluti colliqueſcunt, ut ſonus prolongetur. Literae אי ſemper quieſcunt, aequè in medio ac in fine, cum ſyllabam terminant; quia vix in fine ſyllabae audiri poſſint: e. g. בָּרָא *barâ, creavit,* pronuntiatur ac ſi conſona abeſſet, quum tantum quieſcat; eodem modo בָּרָאתָ *baratâ, creâſti,* in medio vocis. Similiter ו et י quieſcunt in medio peraequè

4. Dentium. יסצרש, sonant edentul

5. Labiorum. בומפ, בּוּמַף

Ex his autem guttur sariae, ac a tyronibu tenendae.

Literae ejusdem or grano salis verò hac permutantur. In inter se commut

N. B. Quod ר in conjugatione stet ח durius, sam ח mutatur stituitur

Literae sib tationem sub ז et צ, nec pud Hebr tensium

ר null

Alter que ad que li

(h) palati labi alii hac rec bi

HEBRÆÆ

cius, pro tantum in que radicalis sit unt) semper movetur, sive in prima, verò sit litera serquiescit, ut in גָּלָה sed litera vicaria servilem et vicaer omnes personas veranda pers. sing. ind. sed stituitur, ut vera radix sive mappikatum (i. e. suo) nunquam in linguis ut *Waw* et *Jod* (*k*). Raatis sit valida ad syllabam rem habeat eandem, quam ut ne syllabae. Sic semper pronuntiatur

ve mobile, nunquam, vel in declinabus a tali radice derivatis, in quietem erbis desinentia in *He*, vicarium τῷ inflexionibus personarum, sed etiam arium, et assumit naturalem et pricum quidem exemplum afferri pomoveatur vel quiescat, prout in אָרִי אָרִיתָ *execratus fuisti*, pronuntiari pome quam pro עָלִיתָ *ascendisti*, dictum vato fit עֶלְיוֹן *altissimus*, nunquam verò ubi *He* radicalis exstat, tum in verequentia, viz. נָגַהּ *splenduit*, תָּמַהּ גָּבַהּ *altifrons fuit*. In hisce et similibus, ה um retinet, et perfecti thematis normam a derivatis obtinet: sic גָּבַהְתָּ *altifrons* nquam scriptum גָּבִיתָ, vel pro גָּבְהוּ *He* enim radicale retinetur, tum in vernde derivatis; c. g. ex גָּבַהּ est גָּבֹהַּ ic גַּבְהוּת *elatio*, non גְּבִיוּת: eodem a radice אָמַהּ.

Et

...atur ה in גָּבַה *altifrons fuit*; nam in secunda pers. re-...etur ה, quia radicalis est, et fit גָּבַהְתָּ. At in שָׁלָה *tranquillus fuit liquidè*, non formant שָׁלַהְתִּי sed שָׁלַוְתִּי Job. iii. 24. quia ה est litera vicaria τῷ ו.

Regula certa est, Quandocunque fit accessio syllabae illis radicibus quae ה servile possideant, tum ה evanescit, et ו vel י propria radicalis litera in ejus locum redit; uti patet ex גָּלִיתָ a גָּלָה pro גָּלַי et שָׁלַוְתָּ a שָׁלָה. pro שָׁלַו. Observatu dignum est, Arabes possidere omnes hasce radices in originali forma cum ו et י et non cum ה quiescente.

Ex praedictis apparet causa quare hae literae quiescentes ante se longam vocalem, pro brevi, habeant; nempè, ut syllaba longior reddatur: e. g. בָּרָאתָ pro בָּרַאְתָּ et גָּלָה pro גָּלַה vel potius גָּל.

Naturâ duce, etiam ו, praecedente sono *o* et *u*, cum eo liquescit in *cholem* vel *shurek*, reliquis omnibus sonis in diphthongi speciem sese accommodans, atque ita motum ex parte retinens; qualis se exserit in syllabis *aw*, *ew*, *iw*, qua longis, qua brevibus. Ex iis tamen motibus transilit saepissimè in quietem, per וֹ *o*, *ω*, et וּ *ου*, *ȣ*; ut non tantum ex יָוָלֵד *nascetur*, exstat יוּלַד sed etiam ex יָוָלֵד *gignet*, יוֹלֵד &c.

D

Et procul dubio, vivente lingua Hebraea, plurima harum seges fuit, uti patet ex caeteris linguis Orientalibus, quae quiescentia tertia *Aleph*, itemque *Waw* et *Jod* agnoscunt; at quiescentia tertia *He* penitus ignorant: nisi quatenus Chaldaei etiam *He* servile loco *Aleph* substituere possunt, pro tertia *Waw* vel *Jod*. Hinc videmus vocem אֱלוֹהַּ regulariter formari, secundum analogiam linguae Hebraeae, ab אָלָה; quae vox procul dubio in usu fuisse videtur apud Hebraeos, ex usu hujus vocis apud Arabes: nam אָלָה اله propriè significat, *pavere, stupere*; hinc *colere, religiosè venerari*; hinc אֱלוֹהַּ, *numen venerandum, tremendum, omnique cultu divino prosequendum*. Novimus quidem Dom. Hutchinson, in suis operibus, passim hanc vocem ex alia radice derivâsse; nempè, ex אָלָה *juravit, adjuravit, jurejurando obstrinxit*; haecce etiam radix ab Arabibus frequentata, quibus الى ultima *Je* et ultima *Waw*, cum significatione *jurandi, adjurandi*, praesertim in Alcorano, in 4. 5. et 8. conjugat. Vid. Alcoran. Sur. ii. 126. et xxiv. 22. Sed reverà mihi videtur haecce derivatio esse contra analogiam linguae Hebraeae: nam, si אֱלוֹהַּ derivata est ex אָלָה, *adjuravit*, tunc in

plur.

ac in fine; ut יולד *jowlad*, pro יִוָּלֵד *nascetur*, יִישַׁן *jy-schan*, pro *jyj-schan*, *dormiet*. Quod ad literam ה attinet, quiescit tantum in fine et nunquam in medio vocis: nam ubicunque radicalis fit (i.e. una ex hisce literis quae radicem constituunt) semper motum suum organicum retinet, et pronuntiatur, sive in prima, sive in secunda, sive in tertia radicali. Cum verò sit litera servilis, substitutum pro *Waw* vel *Jod*, quiescit, ut in גָּלָה *revelavit*, pro גָּלַי, ubi ה non est radicalis, sed litera vicaria τῦ *Jod*: novimus enim hanc literam esse servilem et vicariam alterius, quando non retinetur per omnes personas verbi; nam nunquam dat גָּלַהְתָּ in secunda pers. sing. ind. sed גָּלִיתָ, ubi planè litera radicalis י restituitur, ut vera radix dignoscatur. E contra, ה radicale, sive mappikatum (i. e. ה habens punctum *mappik* in gremio suo) nunquam in linguis Orientalibus mittitur in quietem, ut *Waw* et *Jod* (*k*). Ratio evidens, quod ejus aspiratio satis sit valida ad syllabam finiendam; quum *Aleph* tenuiorem habeat eandem, quam ut exaudiri aut percipi possit in fine syllabae. Sic semper pronuntiatur

(*k*) Hocce *He* mappikatum, sive mobile, nunquam, vel in declinatione verborum, vel in nominibus a tali radice derivatis, in quietem mittitur. Quum, è contra, verba desinentia in *He*, vicarium τῦ *Jod* vel *Waw*, non tantum in inflexionibus personarum, sed etiam in derivatis, abjicit illud *He* vicarium, et assumit naturalem et primariam *Jod* vel *Waw*. Ne unicum quidem exemplum afferri potest, in quo tertia *He* vicissim moveatur vel quiescat, prout in אוי fieri solet: nunquam enim אָלִיתָ *execratus fuisti*, pronuntiari potuit אָלַהְתָּ; tam parum sanè quam pro עָלִיתָ *ascendisti*, dictum עָלַהְתָּ a עָלָה; sic in derivato fit עֶלְיוֹן *altissimus*, nunquam verò עֶלְהוֹן. Indubitata exempla, ubi *He* radicalis exstat, tum in verbis, tum in nominibus, sunt sequentia, viz. נָגַהּ *splenduit*, תָּמַהּ *stupuit*, כָּמַהּ *luridus fuit*, גָּבַהּ *altifrons fuit*. In hisce et similibus, ה radicale semper motum suum retinet, et perfecti thematis normam sequitur, idemque etiam in derivatis obtinet: sic גָּבַהְתָּ *altifrons* vel *superbus fuisti*, nunquam scriptum גָּבִיתָ, vel pro גָּבְהוּ nunquam גָּבוּ ut גָּלוּ. *He* enim radicale retinetur, tum in verbis, tum in nominibus inde derivatis; c. g. ex גָּבַהּ est גָּבוֹהַּ *elatus*, non verò גִּבְיוֹן; sic גַּבְהוּת *elatio*, non גַּבְיוּת: eodem modo אַמָּהוֹת *ancillae*, a sing. אָמָה, a radice אָמָה.

Et

nuntiatur ה in גָּבַה *altifrons fuit*; nam in secunda pers. retinetur ה, quia radicalis est, et fit גָּבַהְתָּ. At in שָׁלָה *tranquillus fuit liquidè*, non format שָׁלַהְתִּי sed שָׁלַוְתִּי Job. iii. 24. quia ה est litera vicaria τῶ ו.

Regula certa est, Quandocunque fit accessio syllabae illis radicibus quae ה servile possideant, tum ה evanescit, et ו vel י propria radicalis litera in ejus locum redit; uti patet ex גָּלִיתָ a גָּלָה pro גָּלַי et שָׁלַוְתָּ a שָׁלָה pro שָׁלַו. Observatu dignum est, Arabes possidere omnes hasce radices in originali forma cum ו et י et non cum ה quiescente.

Ex praedictis apparet causa quare hae literae quiescentes ante se longam vocalem, pro brevi, habeant; nempè, ut syllaba longior reddatur: e. g. בָּרָאתָ pro בָּרַאתָ et גָּלָה pro גָּלַה vel potius גָּל.

Naturâ duce, etiam ו, praecedente sono *o* et *u*, cum eo liquescit in *cholem* vel *shurek*, reliquis omnibus sonis in diphthongi speciem sese accommodans, atque ita motum ex parte retinens; qualis se exserit in syllabis *aw*, *ew*, *iw*, qua longis, qua brevibus. Ex iis tamen motibus transilit saepissimè in quietem, per וֹ *o*, *ω*, et וּ *ου*, *ȣ*; ut non tantum ex יָוֶלֶד *nascetur*, exstat יולד sed etiam ex יַוְלֵד *gignet*, יולד

D &c.

Et procul dubio, vivente lingua Hebraea, plurima harum seges fuit, uti patet ex caeteris linguis Orientalibus, quae quiescentia tertia *Aleph*, itemque *Waw* et *Jod* agnoscunt; at quiescentia tertia *He* penitus ignorant: nisi quatenus Chaldaei etiam *He* servile loco *Aleph* substituere possunt, pro tertia *Waw* vel *Jod*. Hinc videmus vocem אֱלוֹהַּ regulariter formari, secundum analogiam linguae Hebraeae, ab אָלַהּ; quae vox procul dubio in usu fuisse videtur apud Hebraeos, ex usu hujus vocis apud Arabes: nam אלה اله propriè significat, *pavere*, *stupere*; hinc *colere*, *religiosè venerari*; hinc אֱלוֹהַּ, *numen venerandum*, *tremendum*, *omnique cultu divino prosequendum*. Novimus quidem Dom. Hutchinson, in suis operibus, passim hanc vocem ex alia radice derivâsse; nempè, ex אָלָה *juravit*, *adjuravit*, *jurejurando obstrinxit*; haecce etiam radix ab Arabibus frequentata, quibus الى ultima *Je* et ultima *Waw*, cum significatione *jurandi*, *adjurandi*, praesertim in Alcorano, in 4. 5. et 8. conjugat. Vid. Alcoran. Sur. ii. 126. et xxiv. 22. Sed reverà mihi videtur haecce derivatio esse contra analogiam linguae Hebraeae: nam, si אֱלוֹהַּ derivata est ex אָלָה, *adjuravit*, tunc in plur.

&c. Item ex תֹּהוּ *tobew*, *vastus*, fit תֹּהוּ *tobu*, et בֹּהוּ *bobew*, *vacuus*, בֹּהוּ *bobu*, פִּיו *piu*, *os ejus*, פָּנָיו *panaiw*, *facies ejus*, קָוִים *kowim*.

Eodem

plur. num. regulariter, et secundum analogiam linguae, deberet esse אֱלוֹיִים et non אֱלוֹהִים. Nam literae ו et י non tantum in inflexionibus verborum, sed etiam in derivatis, retinentur, ut vera radix dignoscatur: e. g. חַיִּ *vita*, in plur. habet חַיִּים, ab חָיִי *vixit*, cum *dagesch forti* in medio *Jod*: sic etiam גּוֹי *gens*, in plur. habet גּוֹיִים, et in statu constructo גּוֹיֵי a גּוֹי: attamen vox אֱלוֹהִים plus quam centies reperitur in Bibliis Sacris, et non semel in forma τῶ אֱלוֹיִים, ut גְּלוּיִים, a part. גָּלוּי.

Si Dominus Hutchinson, et alii viri docti inter nos, qui in hisce et aliis in ejus verba juràsse videntur, analogiae linguae Hebraicae attendissent, nunquam tam fidenter et constanter affirmâssent, גַּב descendisse a גָּבַהּ; nam planè גַּב fluit regulariter a גָּבַב Arab. جبب *insecuit*, *secando curvavit*: hinc גַּב usurpatur pro *curvatura rotae*, Ezech. i. 18. et pro *tribunali fornicato*, Ezech. xvi. 24. et in genere notat *omnem convexam* et *suspensam*, velut *compagem*. Multo minus potest יַגֵב derivari a גָּבַהּ, quod clarè a יָגַב descendit; quae etiam apud Arabes in وجب exstat; גבא etiam diversa radix. Haecce confundere, est omnia principia et analogiam linguae evertere. Utinam viri docti saltem linguam Arabicam discerent, antequam affinitati ejus cum lingua Hebraea impugnarent. Nihil majori impedimento est excolendae verae hujus linguae scientiae, quam vera ejus principia et analogiam negligere, cui omnia alia litanda sunt. Sed plura de hac re brevitatis studium vetat. Observandum tamen est, *He* quiescens nunquam fieri mobile, literamque esse servilem, vel formativam generis, aut paragogicam vel vicariam pro ו et י in verbis quiescentibus tertia *He*, quae in origine erant *Waw* vel *Jod*. Istud *He* nunquam hoc puncto notari potest, ne confusio inde oriretur. Praeterea, magnum significationis discrimen inter ea quae *He* radicale habent, et quae servile pro *Waw* vel *Jod*: enim גָּבַהּ *superbus fuit*, cum *mappick*, diversam significationem habet a גָּבָה pro גָּבִי *collegit aquam*; unde גֶּבֶה *lacus*, 1 Reg. vi. 9. Alia vox est בָּלַהּ Arab. بله quae exponitur, *errabundus* et *attonitus*, *ivit sine ductu*, *vecors et consternatus mente ruit*; unde Ezr. iv. 4. exstat וּמְבַלְהִים *terrore gravi mentem exterrentes*, vel *externantes*. Hance verò radicem restituendam esse civitati Hebraicae, Lexicisque inserendam, evincunt nomina inde derivata; nempè, בַּלָּהוֹת Job. xviii. 11 14. xxiv.

Eodem modo *Jod* quasi diphthongescit in *aj*, *oj*, *uy*, et sponte quiescit cum sonis *i* et *e*; sic pro גִּלִּיתָ *ghilejtha*, *revelâsti*, fit *ghilëtha*; nec non pro יִילַד *jyjlad*, fit mollius *jylad*; דַּי *daj*, *sufficiens*; גּוֹי *goj*, *gens*; גָּלוּי *galoui*.

Cavendum

xxiv. 17. *dirae mentem* speciatim *exterrentes*, *atque adeo externantes*, item *poenae*, vel *furiae*, *poenarum exactrices*. Vid. etiàm Psal. lxxiii. 19. et Ezek. xxvi. 21.: בַּלָּהוֹת, *diras mentem excutientes vel exterrentes ponam te*; ubi abstractum pro concreto, quemadmodum maledictio, pro eo qui maledictionibus cumulatur. Vide Schulten. in Job. Mihi reverà mirabile videtur, viros doctos tam aversos esse a recipiendo auxilium oblatum a lingua Arabica ad illustrandam significationem vocum Hebraicarum, quum omnia tam limpidè fluant.

Qui se opponunt affinitati et harmoniae linguae Hebraeae cum Arabica, saltem Arabicam intelligere debent, et ut hancce affinitatem ex propria linguae notitia, non ex judicio aliorum, qui fortassis aequè ignari hujus linguae ac ipsi, improbare possint. Absurdum enim est, viros doctos sese judices et censores de affinitate linguae unius cum alia facturos, quum nihil de lingua ipsi norunt; et praecipuè cum alii viri docti, utramque linguam calentes, hanc harmoniam uno ferè ore affirmant.

Diversa enim a priore est בָּלָה pro בָּלוֹ Arab. بلي *attritus fuit vetustate*; hinc emphaticè Gen. xviii. 27. *An liberos habebo, postquam* vetustate *attrita sum?* Ex hac primaria idea terendi fluxere notiones *affligendi*, *abolendi*, &c.; ab hac radice exstat Jer. xxxviii. 11. בְּלוֹיֵ *veteramenta*, vel *pannus tritus et lacer*; cujus *Waw* mansit mobile.

Denique hocce subsidium distinctionis inter *He* mobile et radicale, necessarium erat in copia veteris linguae; quae sexcenta dare potuit verba in *He* mobile et radicale exeuntia, forma et significatione distincta a quiescentibus *He* pro ו et י. Longa etiam series verborum, quae mediam radicalem habent *He*, cum tertia illa vicaria τȣ̃ *Waw* et *Jod*: ea enim in fut. *Kal* et *Hiphil*, per apocopen formato, idem hocce *mappik* requirunt: e. g. כָּהָה *hebes fuit*, *caligavit oculus*, in fut. facit תִּכְהֶה; inde per apocopen fit, non תִּכַה, sed תִּכַּהּ vel תֵּכַהּ, Job. xvii. 8. Si sine punctis vocalibus haec vox scribatur, incerta radix: num נָכָה, unde יַכֶּה *percutiet*; an כָּהָה; an aliud. An ullus vir doctus sibi persuadere, haecce in incerto a Mose, caeterisque scriptoribus, relicta fuisse, poterit? An non necessaria erant Judaeis idiotis, quibus etiam lingua Hebraea vernacula? Capellus ipse, hoc punctum utile fuisse linguae Hebraeae rudibus, negare noluit.

Cavendum tamen eſt, ne tyro Hebraeus putet diphthongos ſtrictius dictas eſſe in linguis Orientalibus, quum nullae eſſe poſſint; quod duae vocales nunquam uni conſonae addantur: literae tamen וי ſpeciem diphthongi praebent, quum ſyllabam, retento *motu organico*, claudant, neque in quietem ire poſſint.

Otioſae hae literae dicuntur, quum nec officio conſonantis funguntur, nec vocali praecedenti quicquam morae addunt: planè otioſae ſunt, quum *ſcheva* mutum jam ſyllabam clauſit; e. g. otiatur א in שָׁוְא *ſhaw*, *vanitas*, pro שָׁוְא *ſhawe*; item חֵטְא *hhete*, *peccatum*, pro חֵטְא *hhetê*; et יָרְא *yar*, *vidit*, pro יִרְאֶה *yire*. Etiamſi א otiatur in hiſce, tamen manſit ad indicium radicis: nam ſeduló notandum eſt, haſce literas pertinere ad eſſentiam vocis, quae ſine illis non eſſet integra. Similiter *Jod* quieſcit in אַתְּי, ex veteri אתי *tu foem.* Quieſcit א quoties ſyllabam claudit; quod tenuior ſit ſpiritus, quàm ut ibi pronuntiari queat: hinc in fine ſemper quieſcit, ut קוֹרֵא *clamans*; נָבִיא *propheta*; הוּא *ipſe*; דֶּשֶׁא *herba*. Quieſcit etiam א in medio; ut צַוָּאר *collum*; רֵאשִׁית *principium*; בַּאדֹנִי *in domino*; תִּקְרֶאנָה *vocabitis*. Quod ad quieſcentes in medio et fine, una ex illis tantum vocalem ſequitur, cum quiete ſtrictè ſic dicta: ut עֵינִי *oculus meus*; רֹאשִׁי *caput meum*; הֵבֵיאתָ *adduxiſti*. Quum duae quieſcentes in medio adſunt, poſterior otiatur; ut in הֵבֵיאתָ *adduxiſti*; et praeſentes clarius radicem indicant. In fine ſimiliter otiatur א in גַּיְא *vallis*, *Jod* quieſcente. Diſcrimen igitur inter quietem et otium harum literarum ſeriò attendendum. Prorſus hae literae אהוי, cum quieſcunt aut otiantur, non in voce ſupervacuae ſunt, ſed adhibentur, ut vel origo vocis, vel conveniens ejus flexio, oſtendatur.

Denique, ſi hae literae אהוי eſſent reverà vocales, ut quidam prae ſe ferunt, una ſaltem aliqua ex hiſce literis adeſſe omni vocabulo debet: at ita ſe res non habet; ſexcenta enim exſtant, ubi nulla ex illis compareat.

Sit nobis exemplum פקד; has tres literas conſonantes eſſe omnes fatentur: ſed conſonantes ſine vocalibus adjectis, ſunt inſtar corporis ſine anima. Videamus genuinam organicam vim et poteſtatem uniuſcujuſque literae, et articulatum ſonum ex

hiſce

hisce aliquis efferre conetur : פ notat *ph*, ק, *k*, et ד, *dh*; conjunganturque hae tres literae, et inde exstat *phkdh*: sic בצק, *bhtzk*, *tumuit*, בקק, *bhkk*, *evacuavit*. Quis mortalium articulatum sonum ex illis literis efferre poterit? Nulla ex literis אהוי illic adest. Hoc mihi planè indicio est, Hebraeos, ab antiquissimis temporibus, notulas quasdam ad vocales suas indicandas habuisse: nam nulla syllaba, multò minus integra vox, in rerum natura esse potest, sine vocali adjecta. Nihil ad rem, utrum hae vocalium notae alphabeto inserantur, necne, dummodo certa signa, ad vocales suas designandas, Hebraei habuere.

APPENDIX.

De Literis אהוי.

EX hocce conspectu literarum quiescentium, perspicere cuivis liceat, quàm malè fundata sit illa hypothesis, quae hasce literas antiquas fuisse vocales Hebraeas affirmat, easque *matres lectionis* vocat; quasi illae ostenderent, quo pacto olim, Hebraica non punctata, legi potuerint. Haecce hypothesis accuratissimè pertractata fuit a clar. Cappello, in Arc. Punct. Revel. lib. 1. cap. 18.; et ab omnibus punctorum vocalium novitatem et recentiorem originem propugnantibus, recepta.

Ab antiquitatis punctorum vocalium defensoribus urgebatur, quod si ab initio nullae vocalium notae adfuissent, tum Sacer Codex, incertus, obscurus, atque multae ambiguitati obnoxius, censeri deberet. Huic difficultati respondetur a doctiss. Cappello: "Absentiam "punctorum vocalium suppleri tribus literis אוי; hascèque efficere ut lectori nonnihil perito facilis, aut saltem non ita difficilis, "vel impossibilis, fiat lectio: non quidem ubique, sed ubi necessarium." Vides, Lector, clar. Cappellum agnoscere hasce literas non *quidem ubique* supplere locum punctorum vocalium; sed hodierni defensores matrum lectionis ulterius progrediuntur, et asserunt, illas esse subsidia paratissima ubique; quod minimè probare nequeant. Hocce verò responsum clar. viri, plus acuminis quàm judicii habere videtur; nam rem non ita se habere, statim videbimus. Praeterea, ad Arabes provocavit Cappellus, et prae se ferebat, Arabes nullas alias vocales praeter tres habuisse, easque rarissimè adscriptas, raròque apposuisse ullas alias vocalium notas praeter hasce literas, quae sunt matres lectionis. Cl. Buxtorfius, qui non tam peritus

peritus literarum Arabicarum ac Rabbinicarum, matres lectionis agnovit; "Aliamque verò esse rationem scripturae et orthographiae in scriptis Rabbinorum, aliam in libris Biblicis, affirmans. "In Rabbinorum quidem scriptis accuratè observari, ut tres literae "אוי ubique inserantur ad vocalium vicem supplendam." In Bibliis verò non ita; sed eas frequentissimè omitti, etiam in iis locis, ubi minimè omnium omitti debuissent. Hoc verò non negavit Cappellus. Ita clar. Buxtorfius, qui non tam potens in Arabicis ac in Rabbinicis, malè hanc causam defendendo, invalidisque argumentis propugnando, ansam gloriandi ac triumphandi adversariis dedit; ita ut illi magis magisque in suis opinionibus confirmarentur. Hinc multi viri docti illud argumentum, a matribus lectionis ductum, pro invicto habuere, atque potissimum ad Arabes provocarunt, quos priscis temporibus nulla puncta habuisse praeter literas اوي quae omnium vocalium vicem sustinuerunt, contenderunt. Nunc historia doctrinae Arabicae planè ostendit, haec non esse veritati consona; inde enim apparet, veteres Arabes, ante Ibn Mocla, qui hodiernam scripturam seculo decimo introduxit, non modo tres vocales, ut nonnulli scriptitant, sed decem habuisse; quinque breves, nempè *phata*, quo *a* et *e* signant; *kesra*, quo *i*; *damma*, quo *o* et *u*: totidemque longas; sic ut *phata* cum *eliph* valet *a* et *o* longum, hoc est *cametz* et *cholem*: *kesra* sequente *jod* notat *tzeri* et *chireck* longum, id est, *e* et *i* longum: *Waw* additum τῷ *damma* efficit *schurek*, sive *u* longum. Errore maxima igitur laborarunt illi viri docti, qui Arabibus fuisse tantum tres vocales voluere. Quinque enim longas, et quinque breves, more Hebraeorum, habent; hacce tantum differentia, ut tres notulae literis אוי vocales longas constituunt; easque solum notant, cum hae literae sunt serviles: nam, cum אוי sunt radicales, ut saepissimè fiunt, nullo modo inserviunt ad indicandas vocales; nam quiescere aut pronuntiari possint: ita ut si hae dicendae sunt matres lectionis, solas longas ostendunt; sed nullo modo vocales breves indicant, quae nunquam hasce literas sibi adjunctas habeant. Igitur hae literae pro *matribus lectionis*, i. e. vocalium longarum indiciis directis, venire non possunt, nisi quum serviles censentur: e. g. פּוֹעֵל in part. praes. *faciens*, apud Arabes scribitur فاعل ubi *Eliph* antecedente *phata*, praestat genuinam istam pronuntiationem Hebraicam per *o* et *a* longum: ita in part. pass. פָּעוּל et פָּעִיל ab Arabibus effertur فعيل et فعول.

Si enim אוי essent reverà talia subsidia, qualia quidam viri docti voluere eas esse, procul omni dubio debent esse universalia auxilia; quae nullus vir doctus in hisce literis affirmare, saltem probare, potest, et quae ipse Cappellus dicere non ausus est: nam hae literae quandam particunculam linguae tantum attingunt. Nulla vocalis brevis hinc agnosci potest; nulla forma, cum sua significatione, quae per breves tantum vocales, conformata: quarum maximus numerus.

numerus. Praeterea ubi אוי اوي adſunt, radicales ſi ſint, errabitur, ſi eae pro matribus lectionis aſſumantur: quieſcere enim tunc poſſunt et moveri. Hoc ſine appoſita notula dignoſci nequit.

Ut hoc exemplo illuſtretur, aſſumatur vox יולד: legi poteſt יולד *naſcetur*; etiam יולד *gignet*, vel יולד *gignetur*. Multa talia occurrunt, in quibus ambiguum, ſi puncta abſint, quieſcantne *Waw* et *Jod radicales*, an moveantur? Quicunque ingenuè hanc rem expenderit, quod non omnino ſit res, tam minimi momenti, ac quidam putant, fatebitur: ſine dubio periculum eſt errandi in talibus, ubi nullae notulae ad vocales deſignandas adſint.

Prudentiores critici, qui hypotheſi matrum lectionis ſeſe addixerunt, ה excluſerunt; et reverà his א addi poſſit: exempla in contrarium, vulgò a Cappello aliiſque adducta, a re aliena ſunt: e, g, ימאס *liqueſit*, pro ימס, in fut. *niphal*, a מסס, ut vulgò traditur, Job. vii. 5. Pſal. lviii. 8.: ſed vera radix eſt מאס, ut demonſtravit Scultenſ. in Comment. in Jobum. Sic קאם Hoſ. x. 14. vulgò redditur *ſtat*, quaſi pro קם in praet. exaratum; ſed eſt pro קאם *ſtans*, in praeſ. part. ad formam Aramaeam.

Denique, veteres Arabes, priſcis temporibus, nulla puncta habuiſſe praeter literas اوي quae omnium vocalium vicem ſuſtinuerunt, omnemque legendi modum expedire valuerunt, a quibuſdam viris doctis gratis dictum, etiamſi deinceps confidentiſſimè inculcatum: ſed haec veritati neutiquam conſona eſſe, omnibus literarum Arabicarum hiſtoriam explorantibus, patebit. Hactenus obſervavimus, antiquiſſimas Arabum literas aliam faciem obtinuiſſe, atque, tum numero tum ordine, *alphabeto* Hebraico ad amuſſim reſpondiſſe. Hae literae Arabicae veterem ſimplicitatem ſervantes, et cum forma quadrata convenientes, ſub regno Joktanidarum, in Arabia Felice, potiſſimum viguiſſe videntur; teſtantur enim ſcriptores apud Himjaritas, id eſt Homeritas ac Sabaeos, qui principatum tenuere totius Arabiae, per longiſſimam ſeculorum ſeriem, ſcripturam olim obtinuiſſe, multum diverſam ab illa communi, atque a charactere Cuffico etiam diſcrepantem. Hic character Cufficus, qui ex Chaldaeorum tractu tranſlatus erat in provinciam Hisjaz, ejuſque caput Meccam, tempore Muhammedis obtinebat inter *Koraiſchitas*; eoque *Alcoranus* exaratus fuit. At, quum rudius et tardiſſimum hoc ſcripturae genus eſſet, elegantiorem expeditioremque characterem, volvente ſeculo decimo, Abu Ali, Ibn Mocla, Vezyrius ille Chalyphae Aaradii, excogitavit, et celeritatem ſcribendi unicè ſpectans, vocalium pauciſſimas notas reliquit: atque ubi quinque longas, totidemque breves, diverſis figuris ſignatas, Hebraica ſcriptio adhibet, tribus vel potius duabus notulis, quicquid eſt vocalium longarum breviumque, genio linguae convenienter, ſine ullo erroris periculo, exprimere docuit: compendio ſanè admirabili atque praedicando. Videat lector haec latius diſcuſſa de origine hujus

jus novae ſcriptionis Arabicae, a clar. Schultenſio, in libro ſuo; cui titulus eſt, Clavis Dialectorum, p. 323. &c. Qui ſanè liber utiliſſimus, ut ab omni linguarum Orientalium ſtudioſo perlegatur, et in ſuccum et ſanguinem redigatur. Obſervat quoque vir doctus, hoc arcanum punctationis hactenus haud ſatis revelatum, magnae fraudi fuiſſe, atque non imperitorum ſolum, verum etiam peritorum oculos quodammodo praeſtrinxiſſe; quo minus penetrare ſe valuerint, ad complurium formationum Arabicarum exactiſſimam cum formis Hebraicis convenientiam atque harmoniam.

"Quod ergo tam fidenter," addit idem gravis auctor, in Gram. Heb. p. 36. "aſſeveratur Arabes, per literas אוי omnem punctationem, "tum veterem, tum hodiernam, expedire; nihil alienius a veri- "tate: breves omnes *a, e, i, o, u,* nihil commune habent cum "אוי. Eas, ut hodie, ita olim, ſuis ſignis diſtinctas fuiſſe, et vel "figura vel ſitu diſcretas fuiſſe, non eſt quod ambigatur. Tres no- "tulae pro brevibus, atque tres item, ſi velis, pro longis, ad quas, "Magnus imperii Saracenici Vezyrus, omnium vocalium ſupel- "lectilem reſtrinxit, non evincunt ſanè nullam antea fuiſſe; ſed "contra, eandem fuiſſe copioſiorem, quàm expeditio rerum et li- "terarum, in tam vaſto imperio, permittebat. Ut ergo *character* "*quadratus*, itemque *tardiſſimus*, in *celerrimum* huncce mutatus; "ita *antiquae vocales* quodammodo in compendium miſſae. Quiſ- "que ſtudio partium vacuus, planè perſpiciet decantatas illas *ma-* "*tres lectionis*, per quas punctis vocalibus non indiguiſſent veteres "Arabes, ante Coranum conſcriptum, non poſſe ſuſtinere onus illud, "quod iiſdem ſuperſtruitur." Notatu digna ſunt verba ſequentia; quippe viri doctiſſimi, et in palaeſtra Orientali verſatiſſimi, per annos quadraginta, tum diſcendo, tum docendo, in variis academiis, ubi ei maxima copia fuit, tum librorum, tum manuſcriptorum, praecipuè Lugduni in Batavis, ubi linguas Orientales edocuit. "Nego, et pernego, illa ſubſidia, vel ad *decimam*, quid? vel ad *cen-* "*teſimam* partem linguae, ſine punctis legendae, pervenire. Infi- "nitae ſunt formae *verborum*, *nominum*, et *particularum*, in quibus "nihil loci hiſce אוי relictum. Harum *ambiguitatem* citra *notu-* "*las vocalium* poſſe diſtingui, ſine periculo continuo erroris, nemo "affirmabit, qui libros MSS iiſdem deſtitutos, non evolvere tan- "tum, ſed et enucleare, conatus fuerit. Nimis magnificè haec in "orbe erudito jacta. Species quaedam impoſuit viris doctis; "ſtudium eos ulterius implicuit; atque vincere ſibi viſi ſunt eo "argumento, quo certiſſimè vincuntur: atque jam tum grave vul- "nus accepiſſent, ſi clar. Buxtorfius, tam potens fuiſſet Arabicis "ac in Rabbinicis, atque adverſarium ſuiſmet armis refutare valu- "iſſet."

Ad doctrinam de matribus lectionis ſtabiliendam, provocari ſolet ad auctoritatem Samaritanorum, qui ope אוי veram lectionem conſervarint, ad hunc uſque diem, nec alia puncta vocalia habuerint. Reſpondetur, dialectum Samaritanam eſſe omnium impuriſſimam.

Veſtigia

Vestigia quaedam originis retinet, et conflatam fuisse ex Hebraeis, Aramaeis, et Arabicis, agnoscitur; attamen, tam confusa est, et conturbata, tum scriptio, tum pronuntiatio, ut vix quicquam in nativa sede compareat; ב cum ו, ח cum ע confundunt; sollenne enim apud illos est, ב in ו mutare: e. g. Hebr. סתו *hiems*, in אסתב; et Chald. שוי in שבי. Eodem jure dicas *bibere* pro *vivere*, *bidens* pro *videns*: etiam ח mutant in ע; sic Hebr. חמר in עמר *vinum*. Pronuntiatio adeo vitiosa est, ut in ea nulla analogia, nullus nitor, teste Hottingero.

Secundum hancce stribiliginem, non tantum אוי, sed etiam עהח, tanquam matres lectionis, frequentare coepere: sic חעם ipsis est *pepercit*, pro חום Hebr.; et קעם *stetit*, pro קום. Hae, non matres lectionis, sed corruptelae, et oris barbari foeditates.

Omnes gutturales, ut א, pronuntiant; atque ideo in versione saepissime videas, in una pagina, eandem vocem, modo per ע, modo per ח, modo per ה, scriptam. Non tantum pronuntiatio vitiosa, sed sensum vitiat: e. g. Deut. xxi. 17. *primogenitus*, vocatur אשית אונו *primitiae potentiae ejus*; quod Samarit. א mutato in ע, scribit עונו, *quoad iniquitatem*, vel nihil denotat. Vid. Hotting. Exercit. Anti-Morin. p. 45. In Exod. xxv. 28. pro Heb. עַתָּה *nunc*, Samaritani habent אַתָּה *tu*.

Praeterea, idem observare liceat de indole linguae Samaritanae ac Hebraeae: viz. Multas voces exsistere quae meris consonantibus constant, quaeque nec articulatè legi nec pronuntiari possunt, sine ope vocalium. Literae enim אהוי neque hîc locum harum supplere queant; quum plurima etiam vocabula sunt, ubi nulla vestigia harum literarum, quae vulgò *matres lectionis* nominantur, exstant: analogia itaque et indoles caeterarum linguarum Orientalium, quae aliquam affinitatem cum Samaritana colant, innuere videntur, Samaritanos olim quasdam notulas habuisse ad vocales suas designandas.

Denique, Samaritani adeo rudes et inconditi, ut omnes syllabas, in quibus ו et י non occurrunt, per *a* efferunt. Ex hac perturbatissima ratione legendi sine punctis, contrarium probatur: puncta vocalia a Mose et Prophetis in totum abesse non potuisse, si sua linguae dignitas, sua sensui claritas, perspicuitas, undique constaret.

Ex praedictis patebit, quàm malè fundata sit hypothesis eruditi Masclefi Canonici Ambranensis, et aliorum qui ejus sententiam amplexi sunt, de nova methodo linguam Hebraicam legendi; inauditam verò antiquissimis et recentioribus, tum Judaeis, tum Christianis, etiam ipsi Eliae, Cappello, &c. Assumit Canonicus, ut dubio vacuum, literas אהוחיע nihil aliud esse quàm puras putas vocales, in quibus א facit *a* longum; ה *e* breve; ו *ou*; ח *ἠ* sive *e* longum; י *i*; ע postremò, *a* breve.

Si vero in aliqua voce non occurrat ulla ex praecedentibus literis, tunc ope auxiliaris vocalis extra textum, consonantes jungendae

ſunt ad eum ſonum quem prima conſonans ſponte trahit. Vocalis autem auxiliaris, ſecundum hanc hypotheſin, ea eſt, quae conſonantem proximè ſequitur; et cum ea ſonat in illius denominatione artificiali: e. g. vocalis qui ſequitur ב, in illius denominatione artificiali, eſt *e*; igitur *e* eſt vocalis auxiliaris ſemper τῷ ב, et notat *e* ſemper poſt ב ſonandam eſſe: ſic ג dat *i*; ד *a*; ז item *a*; uti etiam כ et ל, צ et ת; ח iterum in *e* cadit, cum מ, פ et ר; poſt נ ſonanda eſt *u*; in ק *o*; prout *i* in ש exauditur. Maſclefus ingenuè ſuam legendi rationem a veterum Hebraeorum pronuntiatione diſcrepantem eſſe fatetur; punctiſque vocalibus rejectis, in eorum locum vocales ſuas auxiliares, non ex linguae Hebraeae indole, ſed ex ſuis commentis finxit; quum ſex haſce literas, אהוחיע, ad expeditam et promptam lectionem Sacri Codicis, non ſufficere perſpexerat.

En lectionem ſine punctis! Ad ſenſum verò eruendum et eliciendum, Canonicus vult alias Grammaticas praeter ſuam, et Lexica ab hebraizantibus conſarcinata, Vulcano tradi, et ex vulgata verſione, dein cuique voci ſuam ſubjici ſignificationem: nam Eccleſia Catholica, Verum eſſe quicquid a Latino interprete verſum, ſancivit.

Haecce hypotheſis ſemet deſtruit: an verò Hebraeae linguae Auctorem, tantum vocales pro aliqua linguae parte, et non pro tota inventurum eſſe, exiſtimandum eſt? Nullum enim exemplum linguae, ſic ex vocalibus formatae, vel apud Orientales vel Occidentales exſtat. Praeterea, ſic omni probabilitate expers eſt, hiſtoriae linguae Hebraeae contraria, et ab indole omnium Orientalium linguarum aliena. Secundum hanc hypotheſin, lingua Hebraea, Chaldaea, Syriaca, Arabica, a fundamento ſubverteretur; ut, pro pulchro aedificio, nihil remanebit niſi confuſum chaos. Sed haec latius perſequi, diutius quàm aequum eſt me a propoſito detineret. Videat Lector uberiorem confutationem hujus hypotheſeôs apud eruditum Patrem Guarini, in Praefat. ad ſecund. vol. Grammat. Hebr. p. 12. et ſeqq.

CAPUT II. SECT. III.

De Literarum uſu accidentali.

POTESTAS literarum eſt Eſſentialis aut Accidentalis: de *eſſentiali*, vel organica vi literarum, hactenus egimus. *Accidentalis* ille uſus dicitur, qui in numerando obtinet, et Maſorethicis et Rabbinis tritiſſimus; in Codice verò Sacro inſolitus, ubi omnes numeri integris exprimuntur vocibus: id, quod non ſine ſingulari Dei providentia accidit.

quo

quo sic audaciae Criticorum, in corrigendis numeris, obex poneretur.

Lis est inter viros doctos, utrum vero Masorethae et Rabbini arithmeticum illum literarum Hebr. usum a Graecis mutuati; an Hebraei, jam ante Graecos, literis suis pro numeris usi sunt. Posterius defendit Perizonius in Orig. Egypt. cap. 3.; uti etiam Alting. quoque in Instit. Ling. Sanct.

Hebraei, eodem modo quo Graeci, ad exprimendos numeros, literas suas in tres classes diviserunt; ita ut novem priores literae designent unitates sive monades, hoc modo: א 1, ב 2, ג 3, ד 4, ה 5, ו 6, ז 7, ח 8, ט 9, sequentes novem literae notent decades; י 10, כ 20, ל 30 מ 40, נ 50, ס 60, ע 70, פ 80, צ 90: reliquae autem quatuor exprimant numeros centenarios; ק 100, ר 200, ש 300, ת 400,

Observandum est, quod singulis illis literis ad latus sinistrum apex superimpositus, ad significandum vel innuendum eos sustinere vicem numerorum: quoniam verò alphabetum omnibus numeris non sufficiat; hinc Masorethae reliquos numeros centenarios per quinque literas finales denotare solent; ita ut ך 500, ם 600, ן 700, ף 800, et ץ 900. Rabbini verò eosdem numeros notant quatuor ultimarum alphabeti literarum conjunctione, ut תק 500, תר 600, תש 700, תת 800, תתק 900; et tunc semper habent geminum apicem superimpositum. Reliqui numeri sic designantur: Millenarii semper a Rabbinis scribuntur integris vocibus; ut אלף 1000, אלפים 2000, &c. A Masorethis autem iisdem literis singulis, quibus unitates, decades, et centenarii, notantur; impositis tamen duobus punctis, hoc modo; א̈ 1000, ב̈ 2000, &c.: vel adjecto infra ad latus sinistrum apice, ut apud Graecos; א 1000, ב 2000, &c.: vel unitatibus superaddito א ex אלף *mille*, ut אא 1000, בא 2000, &c. Judaei verò numeros 2000 excedentes, vix arithmeticè exprimunt, sed vocibus integris utuntur: aut, si eos arithmeticè exprimant, puncta millenarios coronantia negligunt, modo sequantur centenarii, אק 1100, בק 2100, בר 2200: sic annum praesentem אתנח 1758. Numeri intermedii conjunctione duarum literarum indicantur; e. g. undecim denotantur

notantur per א״י, (ubi י decem, et א unum ſignificat); ſic ב״י 12, ג״י 13, &c.; כ״א 21, (כ ſcil. 20, et א unum notat), כ״ב 22, כ״ג 23, ל״א 31, מ״א 41.

In hiſce notandum eſt, quod ſingulis numeris illis compoſitis, ſimiliter geminus imponitur apex, et quod numerus major ubique praemittitur: ad exprimendum verò numerum 15, non adhibent literas ה״י, ne nomen Divinum יָהּ vel יְהוָה profanetur, ſed טו, ubi ט novem, et ו ſex notat, quae conjuncta quindecim efficiunt. Quod ſi praeſens annus 1758, literis Hebraicis numerandus foret, ſic ſcriberetur אתשנח: Judaei autem annos ſuos a creatione mundi computantes, jam numerant annos התקי״ח; ſed omiſſo numero millenario compendii cauſa ſcribunt תקי״ח, quod vocant לפ״ק, i. e. לִפְרָט קָטֹן, *ſecundum computum minorem* (*l*). Vid. Druſii Alphabetum Hebraicum, p. 24.

Ex Maſorethica criſi, quae curat, ut exempla Sacri Codicis ad uſum *Synagogarum* caſtigatiſſimè deſcribantur, invaluit diſtinctio inter *literas* Majuſculas et Minuſculas; itemque inter Suſpenſas et Inverſas: e. g. Deut. vi. 4. majuſculum ע et ד; nec non א, 1 Chron. i. 1. exſtant. Contra, Levit. i. 1. minuſculum א; et Prov. xxviii. 17. minuſculum ד. Suſpenſum נ exſtat Jud. xviii. 30.: ע Job. xxxviii. 13. 15. Inverſum נ invenitur, Num. x. 35. et xi. i. quamvis nunc textui non inſeratur. Eſt et ם finale

(*l*) Rabbini annos vulgò computant a mundi creatione, a quo tempore ad annum praeſentem Ærae vulgaris 1758, numerant annos 5518: nos verò, ſi Chriſtum anno 4000 exeunte natum ponamus, numeramus 5758; adeo ut computatio noſtra Judaicam annis 240 ſuperet. Hincce 240 illi anni Judaicis, ut noſtris reſpondeant, ſemper addendi. Non ſolum autem Rabbinica numerandi ratio 240 annis minor eſt, verum etiam millenarii in ea, brevitatis ergo, abjiciuntur; tunc additur לפק hoc eſt לִפְרַת קָטֹן, *ſecundum computationem minorem*: ſic, v. g. Grammat. Kimchi, dicta *Michlol*, impreſſa Venetiis, apud Danielem Bombergium, anno ש״ה לפ״ק 305, *ſecundum computationem minorem*, hoc eſt, mundi 5305, ſecundum Æram Judaicam; ſecundum verò noſtram, 1545: ſi enim ſummae annorum 305 addas millenarium a Chriſti nativitate elapſum, et 240 annos, quibus Æra noſtra Rabbinicam ſuperat, habebis annos 1545.

finale in medio vocis, et viciſſim ם ad finem, Neh. ii. 13.; et ן Job. xxxviii. 1. (*m*).

Ratione uſus improprii et accidentalis, quaedam literae ſunt Criticae, ut פ et ס, a Judaeis in Critica Sacra deſignandis paraſchis ſive ſectionibus Pentateuchi uſurpari ſolitae. Hic obſervandum eſt, פ primam eſſe literam ab voce פְּתוּחָה *aperta*, ſcil. פָּרָשָׁה *ſectio*; ס autem סְתוּמָה *clauſa*. Sectio Pentateuchi *aperta* dicitur, quae cum nova linea incipit, ita ut ad finem praecedentis verſiculi, ſpatium apertum, ſive patens, relinquatur: *clauſa* verò, quae in medio lineae incipit, ita ut ס utrinque vocabulis includatur. In Pentateucho, paſſim literae tres majuſculae, פרשיות פתוחות פפפ ſectiones apertas, ut פרשיות סתומות ססס ſectiones clauſas indicant. E contra, unum פ minuſculum ſignat *minorem ſectionem apertam*, ut unum ס minuſculum *minorem clauſam* notat. Hae diviſiones originem ſuam, conſuetudini Judaeorum in legenda lege Moſaica in Synagogis ſuis, debuiſſe videntur.

Judaei Pentateuchum in פרשיות *paraſchas*; Prophetas autem in הפטרות; rurſuſque priores in פתוחות *apertas*, et in סתומות *clauſas*, vel סוכות *conjunctas* dividunt. Paraſchae ſunt LIV; vel, ut Maſorethae numerant, LIII. Sectiones Majores Pentateuchi, quibus univerſa Lex Moſaica, publicis in Synagogis praelectionibus, quotannis abſolvitur, numerantur in Geneſi XII, in Exodo XI, in Levitico X, in Numerorum libro X, et in Deuteronomio XI.

Doctiſſimi Chriſtianorum Philologi ferè conveniunt cum Judaeis; et praelectionis hujus Sabbaticae inſtitutum ad Moſen referunt Auctorem, vel ad tempora morti Moſis proxima. In prima jam Eccleſiae Chriſtianae infantia, praelectionis hujus ritum, a longis retro ſeculis acceſſit Jacobus, in Synodo Hieroſolymitano ſententiam dicens. Vid. Act.

(*m*) Haec neque videntur notare myſteria, neque ſunt nugae Judaicae, neque primò ab errante librario orta, etiamſi aſtutè deinceps pro myſteriis vendita ſunt; ſed potius videntur eſſe acumina, et ingenioſi quidam luſus veterum doctorum, quos ad ſigna haecce ſtatim lectori occurrere voluere. In his plus minuſve ſalis vel ponderis videntur; ſingulari quadam ratione exarari, ad attentionem lectoris excitandam. Nec haec ergo ſapientiae priſcae monumenta, nec ineptiae Judaicae teſtimonia manifeſta eſſe, affirmandum eſt.

Act. xv. 21. Vid. doctiss. Mark. in Syllog. Dissertat. ad Selectos Nov. Test. textus, Exercit. xvi. p. 447. Nomen suum hae paraschae a prima ut plurimum, vel primae proxima, et maximè emphatica, dictione habent: e. g. בראשית, a Gen. i. 1. sectio prima: et sic in caeteris.

Haphturae הפטרות, *Pericopae* sunt *Propheticae*, Paraschis sensu et contentis utcunque respondentes, ac in Synagoga publicè, post lectionem legis, praelegi consuetae. Plurimi Philologi reddunt הפטרות *dimissionem*, *missam*; eò quod post hanc lectionem coetus solveretur. Aetas et origo hujus usus inter Judaeos non adeo certa et explorata. Christi verò et Apostolorum aetate, jam fuisse publicam Prophetarum praelectionem, manifesta Nov. Test. indicia produnt; quibus ἀνάγνωσις τȣ̃ νόμȣ καὶ τῶν προφητῶν conjungitur, Act. xiii. 15. et v. 27. Luc. iv. 16. Elias Levita, originem lectionis propheticae ad Impii Antiochi Epiphanis; Vitringa verò, ad reipublicae restauratae a Maccabaeis tempora, refert. Vid. Carpzov. Crit. Sacr. p. 141. et seqq.

CAPUT III. SECT. I.

De Punctis Vocalibus, aliisque Notulis quae lectionem et pronuntiationem, ad Linguae Hebraeae normam, regunt.

PUNCTA apud Hebraeos triplicia sunt. 1. Puncta moderantia sonum. 2. Puncta consonantium pronuntiationem variantia. 3. Illa moderantia tonum *(n)*. Puncta moderantia sonum sunt vocales: quae sunt Propriae et Impropriae. Propriae vocales, ratione soni et simplicis qualitatis, censentur

tur

(*n*) Rabbini haec נְקוּדִים i. e. *puncta*, vocant: quorum alia sonum significant; alia verò tonum; alia pauca merè criticum usum praestant. *Puncta* quae sonum regunt, a primis Hebraeorum Grammaticis, nomine *Regum* et *Servorum* distinguebantur. Hinc *dominantium* et *servilium punctorum* appellatio orta est. Prior classis decem vocales continet; posterior schevata quinque, et tres notulas *diacriticas* literarum.

tur quinque; ratione quantitatis, vel productionis et abbreviationis, decem: nempè quinque longae, et quinque breves. Has natura ipsa omnibus suggerit, per *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, brevius, longius, syllabas struere, et vocabula animare, docens: omnis igitur lingua, quinque vocales, a natura datas, habet, quae brevius longiusque pronuntiantur *(o)*.

Figurae

(o) Antea observavimus, Hebraeos literas distinxisse a vocalibus, ut vehicula sonorum a sonis ipsis, articulatis per *a*, *e*, *i*, *o*, *u*: negari enim nequit, vetustissimos Hebraeos ipsam rem habuisse, etiamsi figuris hisce caruissent. Simplicitas naturae quae in consonantibus suggessit, *be*, *ge*, *de*, &c. in vocalibus haud dubiè dedit, *a* et *aa*; *e* et *ee*; *i* et *ii*; *o* et *oo*; *u* et *uu*: hoc enim negare est absurdum, et naturam ipsam abnegare. Omnis equidem litera moveri potest sine ope alicujus vocalis, i. e. potest secundum organa sua reddi, et in aëre explodi; sed non potest articulari, vocabulumque efficere, certa significatione praeditum. Hoc certissimum naturae principium sensit Priscianus, lib. i. quum ait, "Vocalem et consonantem non "minus differre, quàm animam et corpus: quod ut anima movet "corpus per se immobile; ita et vocales quasi movent consonan-"tes, sine harum beneficio immobiles mansuras." Optimè ergo Judaei תנועות *motiones* appellarunt vocales; eò quod nemo literarum moveri potest sine quinque motionibus. Doctiss. Vossius observat, Vocalem et consonam differre, non *numero* tantum, sed etiam specie, et forma essentiali: notat etiam quinque vocales in lingua Latina, aliquando *pinguius*, aliquando *exilius*; unde non absurdè colligi posset, majorem esse apud Latinos numerum vocalium, quàm vulgò traditur: imo agnoscit quindecim, quinque *breves*, totidem *longas*, nec non totidem *intermedias*. Vide Voss. lib. i. De Art. Gram. cap. 12. Hae intermediae vocales fiunt, si iis per consonam suppressam, vel per accentum, aliquod morae accreverit.

Doctiss. Lipsius, in Dial. de Rect. Pronun. Ling. Lat. ostendit, curam hanc veteribus sedisse, non in enunciando tantum, sed et in scribendo, adhibitis duabus vocalibus, ubi longa esset, uti antea notatum. Postea apex assumptus, sive lineola transversa. Addit Lipsius, "Latinis plus uno sonus est." Priscianus, "Denos aut plu-"res cuique tribuit, &c. talis ut minimum, cuique vocali duplex; "imo non duplex modo, sed quibusdam triplex quadruplexque; "sed minimum duplex." Apparet igitur, maximorum virorum judicio, vocales quidem ὄντα quinque; sed pronuntiandi modo, ad minimum decem statuendas esse. Vid. Scalig. De Caus. Ling. Lat. lib. i. cap. 8. et seqq.

Hisce non tam diu immoraremur, nisi doctissimus Cappellus affirmâsset, falsam esse distinctionem inter longas et breves vocales.

Vid.

Figurae harum nihil ad naturam, quam ſcriptio utique nec efficit, nec format; ſed tantum notulis repraeſentat, prout cuique genti commodiſſimum viſum fuit. Reverà, ſi naturae attendamus, in omnibus linguis, ſunt *quinque vocales longae*, *totidemque breves*; etiam quinque *intermediae*, ſi iis per *conſonam ſuppreſſam*, vel per *accentum*, aliquod morae accreverit. Graeci et Latini olim diverſa ſigna, ad vocalem longam diſtinguendam a brevi, habuiſſe videntur; Latini enim geminabant vocalem, ut Quintilianus diſertè notat, *Ad Attium et ultra, porrectas ſyllabas, geminis vocalibus ſcriptas.* *Graecos* et *Latinos*, veteres, *decem ſigna* habuiſſe, dici poſſit, quando *breves* ſimplici, *longae* duplici nota ſignabantur. Graeci ſeptem vocales cum diſtinctis notulis ſemper retinuere; nempè, α, ε, η, ι, ο, ω, υ: et novimus α, ι, υ, vocales, tum longas, tum breves, *a*, *i*, *u*, notare: Graecos igitur habuiſſe totidem vocales ac Hebraeos, affirmari poſſit. Hinc videre liceat, non eſſe tam inuſitatum ac plerique exiſtimant, quum Hebraei notas ad diſtinguendas vocales longas a brevibus habeant; vocales itaque apud Hebraeos ritè dividi poſſunt in longas et breves.

Quinque vocales longae, figura, ſitu, poteſtate, ac denominatione, ſunt ſequentes, cum conſona ב praemiſſa:

Longae.

Vid. Cappel. lib. i. Arcan. Punct. Revel. cap. 14. Aeſtus controverſiae procul dubiò virum doct. hic a veritate aberrare fecit: indigeſta enim et confuſa eſt illa lingua, quae vocales breves longaſque, inter pronuntiandum, diſtinguere nequit. Denique, ſcribendi ratio diverſa eſſe potuit, quippe arbitraria, a rudioribus initiis ad majorem perfectionem, ut videtur, ſenſim perducta; nam mutationem levem, lingua manente, recipere potuerat. Quicunque igitur ſcripturam invenit, haud dubiè ſigna vocalium excogitavit; quod aliter, non ſolùm mancum, ſed et mortuum fuiſſet opus illud maximum et generi humano utiliſſimum; aequè enim facilè fuit, ſonis *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, ſigna affigere, quam conſonantibus *b*, *d*, *g*, &c. Annon in promptu ſaltem erat, punctulum aliquod figere, vel infra vel ſupra conſonas, vario ſitu, ad id, quod *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, vocamus, indicandum. Merum prejudicium eſt affirmare, quod neceſſariò vocales in alphabeto cujuſvis gentis contineri debuere. Lingua Arabica, quae hodie vernacula eſt, et ejuſdem indolis cum Hebraea, contrarium teſtatur.

Longae.

Kametz	ָ	aa	בָ	baa
Tzeri	ֵ	ee	בֵ	bee
Chirek longum	ִי	ii	בִי	bii
Cholem	ֹ וֹ	oo	בוֹ בֹ	boo
Schurek	וּ	uu	בוּ	buu.

Breves.

Patach	ַ	a	בַ	ba
Saegol	ֶ	e	בֶ	be
Chirek breve	ִ	i	בִ	bi
Kametz Chatuph	ָ	o	בָ	bo
Kibbutz	ֻ	u	בֻ	bu.

Libeat hîc apponere de hac re sententiam virorum doctissimorum, qui vulgò vocantur *Mess. de Port-Royal.* Vid. *A Gen. and Rat. Gram. translated into English,* pag. 3. "They reckon generally five of "these vowels, *a, e, i, o, u*; but, not to mention that each of "those may be either short or long, from whence ariseth a very "considerable variety in the sound, it seems that, only consider-"ing the difference of the simple sounds, according to the various "openings of the mouth, there might have been still four or five "vowels added to the five preceeding."

Antiquissimi Grammatici Hebraei tantum septem קולות *voces, sonos, vocales,* vel מלכים more Hebraeorum, memoravere. Hae erant *kametz, tzeri, chirek, cholem, schurek, patach, saegol.* Sub *kametz* comprehendebant etiam *kametz-chatuph*; sive *o* breve, ob assimilem figuram: sub *chirek* utrumque *i*, nempè longum et breve, complectebantur: sub *schurek*, denique, ordinabant *kibbutz*, tanquam parvum *u*. Eodem res redit secundum utrumque calculum: uti etiam in altera concisiore, quae omnes vocales reducit ad tria principia, *kametz, patach,* et שבר *sheber*, i. e. *fractionem*; quae et Arabibus *kesra* dicta, eodem planè significatu fractionis. Sub *kametz* digerunt sonos longos, *a, o, u*: sub *patach*, breves *a* et *e*: sub *sheber*, sive *kesra*, *i* et *e* longum; pronuntiatum, viz. ex *ei*. Vid. clar. Buxtorf. de Antiquit. Punct. p. 191. Haec innuere, scriptionem a rudioribus initiis ad majorem perfectionis gra-

Nomina vocalium videntur esse technica: *Kametz*, קָמֶץ a קָמַץ *collegit*, *compressit*, nempè *os* in illa vocali pronuntianda: valet *a* obscurum et mixtum ex *a* et *o*; ita tamen ut sonus τῦ *a* praevaleat. Olim pingebatur (ָ), quam formam in antiquis codicibus adhuc retinet; atque ita facilè a *kametz chatuph*, sine (ׄ) *metheg* adjecto, distinguebatur. *Tzeri* צרי a צרר *strinxit fortius*, *striduit*, *e* clarum et apertum, ut *η* Graecorum, vel ut *e* in vocibus Gallicis, *bête*, *tête*, &c.
Chirek, חִירֶק a חָרַק *frenduit*, notat *i* longum; distinguitur a *chirek* brevi, per *Jod* ad latus sinistrum literae depictum: *chirek* parvum tantum habet simplex punctum, sub litera cujus vocalis est, descriptum. *Cholem*, חלם, quasi *convolutio soni*, a חלם *concrescere*, notat *o* crassum, quale est *ω* Graecorum; saepius habet ו pro fulcro suo; saepe etiam super literam, cujus est vocalis, describitur, sic כֹּל *omnis*: *cholem* etiam saepissimè per puncta literae שׁ et שׂ designatur, ita ut punctum illud simul et literam notet, et pro vocali usurpetur: fit hoc in שׁ quando praecedens litera vocali careat; e. g. מֹשֶׁה *Moses*: in שׂ etiam, quando ea ipsa nullum aliud punctum vocale adjunctum habet, ut שׂנֵא *iterans*: ubi punctum sinistro lateri literae שׂ inhaeret, neque illa litera ullam vocalem sibi adjunctam habet, punctum illud, simul et diacriticum et τῦ *cholem*, vocalis usum habet, ut in שׂרֵר et שׂנֵה. Aliquando litera ש duplici puncto insignita, hoc modo שׁׂ; tum, ut punctum diacriticum a vocali distinguatur, observandum est, si litera שׁׂ est in principio vocis, vel si in medio collocata, eam vocali carere: tum punctum sinistrum est *cholem*, et dextrum *diacriticum* τῦ שׁ; e. g. שֹׁרֶשׁ *radix*, מְשֹׁה *trahere*. Contrarium est, ubi שׁׂ in medio vocis positum sequitur literam vocali destitutam; tunc enim punctum dextrum est *cholem*, sinistrum verò *diacriticum* τῦ שׂ; e. g. פֹּשֶׂה *posoh*, *diffundere*

dum sensim perductam fuisse, videntur; rem verò ipsam non inventam fuisse ab Ezra, sed cum usu sermonis natam; inde ab principio puncta vocalia linguae Hebraeae adfuisse, et paucioribus vel pluribus notulis expressa fuisse. Sonus enim naturae, per *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, semper obtinuit: nomina vocalium *artis* fuit, ad *naturae leges attendentis*, et tum quidem exorta, quum Grammaticam Hebraeam primò scripsere.

dere se, עֲשִׂים. Ne וּ cum *dagesch* in medio cum *cholem* confundatur, notandum est, quod וּ cum *dagesch* semper habet infra se, vel post se, vocalem; ut קִוָּה *kowwoh*, *exspectare*: *schurek* verò nunquam; e. g. קוּם.

Schurek, שׁוּרֶק *sibilationem* significat, a שָׁרַק *sibilavit*; eò quod sonus ejus instar sibili profletur: sic appellata haec vocalis, quia *uu*, non nisi ore fortius sibilante, pronuntiari possit; notat *uu*, vel ου Graecorum.

In brevibus, *patach* פַּתַח *aperientem* notat; quod labia aperiat prae caeteris: est *a* exile et clarum, resonans quale *a* Latinum.

Saegol סֶגוֹל *e* apertum, sed minus quàm *tzeri* notat.

Chirek parvum, *i* breve vel parvum designat: Arabibus dictus hic sonus *kesra*.

Kametz chatuph קָמֶץ חָטוּף; *kametz raptum*, *o* breve, seu *o μικρὸν* Graecorum, notat.

Kibbutz קִבּוּץ *contractio* a קָבַץ; quod, in vocali hac pronuntianda, notabilis *labiorum compressio* fit: idem notat quod *υ* Graecorum, vel *u* Gallicum.

Praeter decem puncta vocalia, alia sunt puncta, sive notulae, *schevata* dicta, quae literis addi solent, ad indicium absentis vocalis: formam et situm sub consonante huncce habent.

Scheva Simplex	חְ		
Chateph Patach	חֲ	a	Quae et *composita Schevata* dicuntur.
Chateph Saegol	חֱ	e	
Chateph Kametz	חֳ	o	
Patach Furtivum	חַ		

Postrema quatuor appellari solent *vicaria schevata*; alii *patach furtivum* hinc secludunt, et alibi ordinant.

Omnis litera mobilis (i. e. omnis litera quae non quiescit), quae non propriè *suam* habet *vocalem*, *scheva* in initio et medio vocabulorum accipit: in fine verò omittitur illud *scheva*; tamen semper subintelligitur. Denique, *scheva* literae additum notula est, Illam literam mobilem esse, etiamsi nullam propriam vocalem habeat. Sub literis אהחע

in

in medio, quum non compareat vocalis nec *ſcheva*, hae intelliguntur quieſcere vel otiari; ut in בְּרֵאשִׁית *in principio*, ב *ſcheva* habet, hoc eſt, nullam propriam vocalem poſſidet, ſed tantum illum gradum vocalitatis, qui neceſſariò adeſſe debeat uti conjungatur cum altera litera ר, ut ſyllabam cum ea et ſequente vocali conſtituat: cum neque vocalis nec *ſcheva* ſub א omnino quieſcit; ſub ת *ſcheva* non ſubſcribitur, quia ibi adeſſe ſubintelligitur.

In fine tamen exprimitur *ſcheva*: 1. Sub *Chaph* finali, ut דֶּרֶךְ *via*, venuſtatis et ornatus gratia, quod aliàs vaſta et vacua videretur. 2. Cum aliud *ſcheva* praeceſſerit, ut פָּקַדְתְּ *viſitâſti*. 3. Si *patach furtivum* praeiverit; quod naturam *ſchevatis* participat, ut שָׁמַעַתְּ *ſchamahghat, audiviſti*. 4. Exprimitur quoque *ſcheva*, ſi א quieſcens antecedat, ad ſecundam perſonam foemin. indicandam, ut in בָּאתְ *veniſti*; הוֹצֵאתְ *eduxiſti*. Excipitur ן ob baſin deorſum jactam, ut שְׁמַעַן *ſchamahghan, audite*. Literae gutturales אחהע, loco *ſchevatis* ſimplicis, *ſcheva* compoſitum ab initio vel fine vocis ſibi arrogant; הּ verò radicale, ח et ע vocem terminantia, *patach furtivum*, utpotè *ſcheva* claudens ſyllabam, ſibi aſſumunt; ut אֱלוֹהַּ *Deus*, רוּחַ *Spiritus*, רָקִיעַ *expanſum*. *Patach furtivum* vera vocalis non eſt: dicitur *furtivum*, 1. Quod ante *conſonam ſuam* eat, et *furtim* quaſi efferatur. 2. Quod ibi collocetur, ubi, ex norma linguae, verum *patach* poni nequit, ut in מָשִׁיחַ; idem planè conſtat ex לָקַחַתְּ *lakahat, accepiſti*, pro לָקַחְתְּ. 3. Quod planè appareat eſſe ſubſidium difficilioris pronuntiationis, in tribus *gutturalibus ſyllabam* claudentibus, ſive *ſchevate* muto notatis. Inſeritur ergo hicce furtivus ſonus in אֱלוֹהַּ *Eloah, Deus*; רוּחַ *Rouahh, Spiritus*.

Scheva, שְׁוָא Ab. Ezra Judice *aequationem* notat, a שוא *aequari*; quod in *pronuntiatione aliis ferè vocalibus adaequetur*: putat enim ille, ſimplici *ſchevati* nullum competere certum *ſonum*; ſed eum debere attemperari ad reliquas ſequentes vocales; e. g. כְּלִי *chelê, vaſa*; שְׁאוֹל *ſchohol, orcus*; קְחוּ *kuhu, ſumite*. Quidam viri docti *ſcheva* breviſſimam vocalem eſſe volunt; *ſemiparvam* vocat clar. Hillerus. Qui verò ſic definiunt, non attendunt ſe incurrere in jura *compoſitorum ſchevatum*. Hottingerus in Erotematibus Ling.

Sanct,

Sanct. p. 15. dicit, Quod *scheva* est punctum vocale improprium, valetque *e* brevissimum, idque adeo raptum, ut quod est oculis fulgetrum, idem sit auribus *scheva*.

Scheva definiri possit, *Absentis soni*, i. e. vocalis nota, vel potius ille gradus vocalitatis, qui necessariò adesse omni consonanti debeat, ut distinctum et completum sonum edere possit: et reverà locum, in omnibus vocibus et syllabis quae incipiunt a duabus vel pluribus consonantibus, habere videtur. In quibusdam syllabis efferendis, plus movetur; in aliis verò minus exauditur: hinc dici possit, *scheva* aliquando legi, aliquando verò quiescere *(p)*. *Scheva* constat ex duobus punctis perpendicularibus (:), estque duplex, simplex,

(p) Ex norma scriptionis Hebraeae, unaquaeque litera mobilis sub se vocalem habet, vel *notulam*, nullam vocalem propriam ibi adesse, ostendentem: haecce vero notula, quae *scheva* vocatur, certum tamen gradum vocalitatis adesse debere monstrat, ubicunque syllaba aliqua a duabus consonantibus incipiat, vel a consonante, sine vocali addita, claudatur. Vigente lingua, non opus fuit tali notula, quum ab teneris unguiculis haec omnia usitatissima et facillima. Ex analogia igitur scriptionis Hebraicae, *schevata* sunt soni *insititii*, sive *fictitii*, qui ad *commodiorem* et *signantiorem pronuntiationem*, vivente etiam lingua, adoptati fuere. Hos aliis literis praeter gutturales addere, nihil prohibet; etiamsi lingua florente, non opus erat talibus subsidiolis; tamen ad accuratissimam lectionem, quin et modulationem linguae mortuae, necessariò inventa fuere. *Schevata* igitur neque sunt vocales longae, nec breves; sed propriè impulsio major minorve aëris, et ejusdem resorptio, omnibus ex aequo literis communis; ubi nulla vocalis propria adsit, notula obscuri vel absentis soni, sive vocalis, sub illa litera.

Et certè si *more* et *ore Romano* linguam Latinam sonare vellemus, quot *schevatibus*, vel subsidiolis indigeremus, ad vocales a vocalibus, secundum multiplicem diversitatem soni, discernendas! An non quidam vocalitatis gradus adesse debeat in pronuntiandis syllabis et vocibus a duabus vel tribus consonantibus incipientibus: e. g. *scabellum, splen, splendor, spretus, bdellium?* Eodem modo se res habet in Graeca; ut in κτάομαι, σπλάγχνον. Et reverà, si naturae omnium linguarum attenderimus, talem gradum vocalitatis, vel fictitium sonum, adesse omnibus linguis, in syllabis a duabus vel tribus consonantibus incipientibus, perspiciemus.

Vid. *A General and Rational Grammar*, &c. *translated from the French of the Messieurs de Port Royal*, p. 4. "There remains the *e* mute, or feminine, *which originally is no more than* "an

plex, et compositum: *Scheva* simplex movetur, vel quiescit, i. e. minus exauditur, hisce conditionibus:

Post longam, sociam, sub dagesch, *fronte, movetur;*
Post brevem, tonum, nec non in fine quiescit:

Hoc est, *Scheva* legitur post vocales omnes longas, post alterum *schevà*, sub litera cum puncto *dagesch* in gremio suo inserto, et ab initio vel fronte vocis. Contrà quiescit, i. e. Gradus ille vocalitatis, sive fictitius sonus τῦ *schevatis*, minus exauditur post breves vocales, post accentum, vel in fine vocis.

Scheva quiescens est Expressum vel Subintellectum: subintelligitur *scheva* in fine vocis; exprimitur verò in ךְ finali; aliquando in aliis literis, si penultima syllaba habuerit (:) expressum. N. B. Ex concursu duorum *schevatum*, prius mutatur in *chirek*.

CAP.

" *an obscure sound, joined to consonants,* when we want to pro-
" nounce them without a vowel, as when they are followed im-
" mediately by other consonants; for instance, in the word *scam-*
" *num:* this is what the Hebrews call *scheva*, especially when it
" begins a syllable. And this *scheva* necessarily occurs in all lan-
" guages, tho' it is not much taken notice of, because it has no
" particular character to express it."

De compositis *schevatibus* porrò teneatur, חֲטָפִים *rapta*, vel *rapientia; chateph patach, chateph segol, chateph kametz,* praecisè fingere illum sonum, qui omni consonanti, si vocalem non habeat, in syllaba inchoanda, adhaeret: ut jam non pro arbitrio efferatur, quod juris *simplici* relictum; sed in *a*, *e*, *o*, definite exeat; raptim tamen, ut appareat non veram sonari vocalem. Videtur adjumentum accuratissimae pronuntiationis, ex visceribus vel analogia ipsa linguae natum.

Qui *schevata* inutilia esse clamant, rogitare solent, Quid si tales soni rapti exstiterint, quare non habemus *chateph chirek, chateph kibbutz.* Respondetur, Nullum *i* vel *u* tam exiliter pronuntiari posse, quin statim fieri veram vocalem; quum tamen *schevata* rapta non sunt vocales, sed soni ad aliquam affinitatem τῶν *a*, *e*, *o*, accedentes, vel quidam vocalitatis gradus ad hosce sonos approximantes, per *explosionem* sonoram *aëris* cum gutturali, aliave litera quae syllabam inchoet, et cum altera, ad vocalem consonandam, concurrat: e. g. חֲלִי *hhali, monile;* עֲדִי *hghedi, ornamentum;* חֳלִי *hholi, excoriatio.*

CAPUT IV. SECT. I.

De Dageſch et Mappik, aliiſque Punctis Diacriticis.

AD linguae mortuae vivam, quantum pote, pronuntiationem conſervandam, conducunt conſonantium quarundam affectiones, videlicet Punctum *Diacriticum* τῦ *Dageſch*, *Mappik* et *Raphe*.

Hactenus obſervavimus, Punctum in dextro dente literae שׁ efficere *Sjin*; in ſiniſtro שׂ *Sin*, ſive *S* durum (*q*). Utrumque cum puncto *cholem*, compendii cauſa, coaleſcere ſolet, ut משֵׁל *dominans*, pro מֹשֵׁל *agnoſcitur*: *cholem* in puncto *diacritico* latens, ad *Schin* quidem, quum praecedens litera non habet *ſcheva* expreſſum; ad *Sin*, quum nec *ſcheva*, nec vocalis alia, ei adſcribitur: cauſa καλλιγραφιας, *cholem* ſupra dentem dextrum τῦ *Sin* locatur; ut עשֶׂה *faciens*, pro עֹשֶׂה: in *Schin* verò ſupra ſiniſtrum, quum ad latera haec et haec ſtare debuiſſet; ut in שֹׁקֵל *librans*, pro שֹׁקֵל.

Praeter vocales et accentus, ſunt Hebraeis et alia duo puncta, quorum uſus in lectione non contemnendus; nempè *dageſch* et *mappik*: *dageſch*, a דָּגַשׁ *pupugit*, *pungendo penetravit*, eſt punctum mediae literae inſcriptum, quod a gemino officio *lene* et *forte* appellatur.

Dageſch lene ſaepe inſcribitur hiſce literis ſex adſpiratis, בגדכפת, earum aſpirationem omittendam eſſe, docens: vulgò efferuntur voce technica, בגדכפת, *bbeghadbchepbath*; ſic בָּבֶל *Babbel*, pro בָבֶל *Bbabbel*; יִכְבַּד *jichbbadh*, pro יִכְבַד *jichbbhadh*, *gravis erit*. Hoc *dageſch* lene obtinuit, ne aſpiratio moram pareret, vel difficili et ingrata pronuntiatione aures raderet.

In

(*q*) Mirum eſt, viros doctos negare differentiam inter *Schin* et *Sin*, quum multae voces exſtant, in quibus hae literae diverſam ſignificationem notant; ut שָׁמַיִם *coeli*; et שָׂמִים *ponentes*; שָׁבַר *fregit*; שָׂבַר *ſperavit*; שָׁכֹל *orbatus fuit*; שָׂכַל *prudens* et *foelix fuit*; שָׁכַר *inebriavit*; et שָׂכַר *mercede conducere*. Haec *nulla notula* diſtincta fuiſſe, haud veriſimile.

In dialecto Syriaca, hoc punctum ſine gravi incommodo negligi non poteſt; et ſaepe litera aſpirata, vel non aſpirata, radicem determinat, i. e. totum ſenſum. Olim hae literae aſpiratae virgula tranſverſa, *raphe* dicta, pingebantur: e. g. לֹא תִּרְצָח Exod. xx. 13. Vid. Buxt. Theſaur. Graec. p. 14. Etiam priſci ſex literis aſpiratis addebant ר *Reſch*.

בָ	bha	pronuntietur	בָּ	ba	בָּרָא	*bara*
גָ	gha		גָּ	ga	גַּג	*gagh*
דֶ	dhe		דֶּ	de	דֵּרָאוֹן	*deraon*
כִ	chi		כִּ	ki	כִּרְבֵּל	*kirbel*
פֹ	pho		פֹּ	po	פּוֹקֵד	*pokedh*
תוּ	thou		תּוּ	tou	תּוּכְלוּ	*toukelou.*

Dageſch forte literam geminat, locumque habet in omnibus literis, ne gutturalibus quidem et *Reſch* exceptis (*r*): eſt enim

(*r*) Habemus quaedam exempla ubi *dageſch* forte in gutturalibus et *Reſch* inveniatur; ut patet ex Prov. iii. 8. et xiv. 10. 1 Sam. i. 6. Job. xxxiii. 21. Dialecti Arabicae uſus hoc etiam confirmat, aequè ac analogia linguae. Si ſimplicitas naturae ſpectetur, nulla eſt litera *indageſchabilis*: nam Arabes omnes ex aequo duplicant, et tam valido ſunt gutture, ut non tantum החע geminare queant, ſed et ipſum א; Hebraeis mollior uſus placuit. Vid. Schult. Gram. p. 80.

Dageſch forte ab Arabibus ſemper retinetur, et vocatur تشديد *corroboratio*, ſive fortior ejuſdem literae pronuntiatio. Cappellus ipſe agnoſcit hocce punctum valdè utile et neceſſarium hodie illis, qui, cum Hebraicè nihil ſciunt, legere et intelligere cupiunt: addit, Peritos Hebraeae linguae divinare poſſe, ubinam hae literae geminandae. Sed, pace tanti viri, haec non ſatis ſolida nec juſta. Nam, teſte clar. Schultenſio, in tota hac palaeſtra Orientali verſatiſſimo, " Si *dageſch* forte auferetur, tertia pars linguae ita obſcu-
" ratur, ut in ea nihil diſcerni queat; conjugationes enim omnes
" *dageſſatae*, omnia etiam nomina inde derivata, conjugationis
" *Niphal* tria tempora poſtrema, verborum defectivorum magna
" ſeges, cum formis inde deſcendentibus, aliaque, quae longum eſ-
" ſet percenſere, ita a *dageſch* forte pendent, ut id tam neceſſariò
" adſcribi debuerit, quàm character conjugationis et formae neceſ-
" ſarius." Divinare poſſunt Judaei et Chriſtiani peritiores: nempè,

enim ſignum literae, ex analogia linguae, duplicandae; ut פָּקַד pro פָּקַקַד *viſitavit*, לִבִּי pro לְבָבִי *cor meum*.

Dageſch lene a *dageſch* forti, in literis בגדכפת, diſtinguitur.

1. *Dageſch* lene locum in his habet ab initio verſuum.

2. Ab initio vocis, ſi praecedens vox litera quieſcente vel vocali longa non terminetur.

3. In media voce poſt *ſcheva* quieſcens.

Dageſch forte cognoſcitur eſſe in literis memoratis, quandocunque non praecedit *ſcheva*: ſi verò *ſcheva* praeceſſerit, tum *dageſch* lene eſſe intelligitur, ut מַלְכִּי *malki*, *rex meus*, et non *malak-ki*.

Quamvis *dageſch* forte plerumque propriam ſedem in medio vocis teneat, tamen aliquando inſeritur in prima litera monoſyllabae et biſſyllabae:

1. Cum *mackaph* interveniente, quando praecedens vox exit in ה quieſcente, cum *kametz*, *patach*, aut *ſaegol*; ut שָׁכְנָה־לָּה *ſchachenâ-l-lah*, *habitavit ſibi*, Pſal. cxx. 6. et אוֹיָה־לִּי *ojâ-l-li*, *eheu mihi!* cum ploratu et affectu vehementi pronuntiandum, ac ſi Latinè diceremus, *Eheu-m-mihi!* Pathos videtur hanc figuratam pronuntiandi rationem peperiſſe.

Dageſch eſt triplex: 1. Characteriſticum, quod in media dictionis litera, niſi gutturalis fuerit, adhibetur, et certam, tum verbi, tum nominis inde derivati, formam indicat, ut לִמֵּד *diligenter didicit*.

 2. Com-

pè, quum ex punctatis Bibliis id memoriae antea impreſſerunt: aliàs, vel peritiſſimus ubique haeſurus, atque in capitales errores abiturus.

Iſta verò divinatio ſenſûs Sacrae Scripturae haud decora, nec digna Oraculis Divinis. Muhammedani lectionem Alcorani nondum tutam et certam futuram exiſtimarunt, ſine punctis vocalibus, etiamſi lingua ſua vigeret; quiſquis non hoſpes in illis rebus, neceſſitatem punctorum vocalium in Bibliis Sacris, ſimiliter videbit.

Si clar. Cappellus animadvertiſſet, facilè inveniſſet Arabes hocce puncto *teſhdid* uſos fuiſſe, quum reliqua puncta ferè omittant. *Dageſch* eſt Cynoſura ſine qua navigari nequit hoc mare: viva enim lingua Hebraea, non tantum commodum, ſed neceſſarium fuiſſe videtur.

2. Compensativum, quod elisam aliquam literam mobilem compensat; ut אַפִּי pro אַנְפִּי *nasus meus*, בִּתִּי pro בִּנְתִּי *filia mea*, יִפָּקֵד pro יִנְפָּקֵד *visitabitur*.

3. Euphonicum, quod solius emphaseôs vel elegantiae causa adhibetur: v. g. כִּכָּר *talentum*, אִכָּר *agricola*. Ad euphoniam, citra ullam necessitatem, multis vocabulis creditur *dagesch* forte insertum esse. In plerisque necessarium est *dagesch*, et ex proprietate characteristica fluit: e. g. מִקְּדָשׁ *sanctuarium*, contractum pro מִנְקְדָשׁ *locus consecratus*, non ex *Kal*, sed ex *Niphal*; *Nun*, pro more, eliso, et per *dagesch* compensato.

Mappik (*s*) est punctulum insertum gremio ה ad finem vocis: quandocunque verò הּ hocce punctum habuerit in gremio insertum, ostendit planè eam esse radicalem, et hocce signo ab ה quiescente distingui; sic גָּבַהּ *altus fuit*, est vox toto coelo diversa a גָּבָה *collegit aquam*: hinc, a priore, גֹּבַהּ *altitudo*; sic נֹגַהּ *splendor*, a נָגַהּ. Hujus generis sunt תָּמַהּ *stupuit*, כָּמַהּ *fuscus*, *luridus fuit*; אֱלוֹהַּ *Deus*. Affixum הּ, ortum ex ה, eodem modo movetur; ut מַלְכָּהּ *Rex ejus* hac notula distinguendum a מַלְכָּה *Regina*.

Distinctio ergo inter ה radicalem et ה servilem sedulò observanda est: ubicunque enim ה habet *mappik*, semper pronuntiatur, et immutabilis manet; quia pertinet ad essentiam vocis, et planè distinguitur ab ה, uti antea observatum, pag. 24.

CAPUT IV. SECT. II.

De Accentibus.

Accentus Hebraicus duplicis est generis: Tonicus sive Grammaticus, et Euphonicus sive Rhetoricus. Accentus tonicus is est, qui vulgò syllabam in qua reperitur

(*s*) Nomen מַפִּיק *mappik*, est part. *Hiphil*, a rad. נפק. Apud Syros, Arabes, Chaldaeos, notat, *exiit*, *prodiit*; uti procul dubio olim significabat apud Hebraeos: notat ergo *eductorem*, qui, *He* aliàs ad finem quiescens, in motum educat, ne in quietem transeat. Olim subscribebatur cum puncto infra literam הּ; nunc verò semper inscribitur.

tur attollit: Accentus vero euphonicus, tonico in eadem voce praemiſſus, pronuntiationem ſuaviorem efficit. Sic, in voce תּוֹלְדוֹת *toledoth*, *generationes*, prior accentus ſub ת euphonicus eſt; poſterior verò ſub ד, tonicus.

Tonicorum Accentuum Tabellam exhibebit vox מֶלֶךְ *Rex.*

Accentus Inferni ſunt XII.

מֶֽלֶךְ׃	Silluk: Rex maximus, cum ſophpaſouk			אֽ׃
מֶ֑לֶךְ	Athnach: Rex major primarius.			א֑
מֶ֖לֶךְ	Tiphcha: Rex maj. in proſa; miniſt. in metr.			א֖
מֶ֖לֶךְ	Tiphcha initiale in metro,		Reges minores.	א֖
מֶ֛לֶךְ	Tebhir,	in proſa,	Reges minores.	א֛
מֶ֚לֶךְ	Jethibh,	in proſa,	Reges minores.	א֚
מֶ֣לֶךְ	Munach,		Miniſtri.	א֣
מֶ֤לֶךְ	Mahpach,		Miniſtri.	א֤
מֶ֪לֶךְ	Gerah, ſive Galgal,		Miniſtri.	א֪
מֶ֥לֶךְ	Merca,		Miniſtri.	א֥
מֶ֦לֶךְ	Merca geminum	in proſa,	Miniſtri.	א֦
מֶ֧לֶךְ	Darga,	in proſa,	Miniſtri.	א֧

Accentus Superni ſunt XVIII.

מֶ֗לֶךְ	Rebhia,		Reges majores.	א֗
מֶ֗לֶךְ	Garſcho Rebhia, ſive Rebhia Geeſchatum in metro,		Reges majores.	א֗
מֶ֔לֶךְ	Sakeph minus,	in proſa,	Reges majores.	א֔
מֶ֕לֶךְ	Sakeph majus,	in proſa,	Reges majores.	א֕
מֶ֒לֶךְ	Segolta,	in proſa,	Reges majores.	א֒

Reges minores:
- מֶלֶךְ Paschta, in prosa, א
- מֶלֶךְ Schalscheleth, in prosa; at in metro, Minister, א
- מֶלֶךְ Sarka, א

Reges minimi:
- מֶלֶךְ Paser, א
- in pros.:
  - מֶלֶךְ Geresch, א
  - מֶלֶךְ Geresch geminum, א
  - מֶלֶךְ Karne Parah, א
  - מֶלֶךְ Telischa majus, א

Ministri:
- מֶלֶךְ Telischa minus, in prosa, א
- מֶלֶךְ Kadma, א
- in metro:
  - מֶלֶךְ Sarka anterius, א
  - מֶלֶךְ Munach superius, א
  - מֶלֶךְ Mahpach superius א

Accentus Inferni et Superni simul sunt IV.

מֶלֶךְ Machpacho Merca, seu Merca Mahpachatum, in metro Rex major primarius. א

מֶלֶךְ Sarko Merca, sive Merca Sarkatum, in metro Minister. א

in met. Minist.:
- מֶלֶךְ Sarko Mahpach, seu Mahpach Sarkatum, א
- מֶלֶךְ Munach Munuchatum, seu Munach superinsertum, א

Accentus Lateralis I.

מֶלֶךְ׀ Pesik: qui et Legarme. א

Magistri Judaeorum accentus notarunt nomine נגינה *modulatio*, et טעם *et saporis*. Modulatio respicit tonum uniuscujusque vocis, tum modulationem musicam, quam in Sacro Codice legendo observari volunt: Sapor respicit sensum, quem accentus quasi condiant, et sapidum reddunt, insipidum aliàs futurum; scilicet, vitiosa, vel interpunctione, vel constructione, concepta. Volunt etiam Judaei, ad accentuum dignitatem commendandam, per eos repraesentari vivum veluti os loquentium Prophetarum, cum affectibus variis quibus quaeque periodus temperata, in qua gaudium, moeror, ira, favor, spes, metus, &c.; quin jussio, petitio, deprecatio, increpatio, aliique motus, hac ope dignosci potuerint.

Nomina accentuum partim Hebraica, partim Chaldaica sunt: ignotum quis nomina haec posuerit. Rem ipsam, vel auctoribus linguae, vel Ezrae saltem, adscribendam censet Buxtorfius de Antiq. Punct. p. 259.

Judaei se in accentuum genuina vi nihil perspicere fatentur, eorumque clavim perditam esse deplorant. Accentuum restauratores Christiani, sola ergo ingenii sagacitate, tantam rem eruere conati sunt. Hinc diversae hypotheses natae, aliae alias destruentes. Animi motus et affectus vivos per accentus designari, speciosius supponitur, potius quàm liquidò probatur. Quem affectum notet quisque accentuum, nondum constat; quum eaedem notulae accentuales diversissimis affectibus saepe apponuntur: hinc planè constat, non omnino tutum esse tantam vim, notis nulla idonea probatione subnixis, tribuere. Periculosum, talia urgere ut a Spiritu Sancto profecta. Nimium detrahitur ipsi linguae scopo et nexui, si ad accentuum leges precarias anxiè adstringatur. Haec, et multa alia, nos pedibus ire in sententiam quorundam virorum maximae pietatis et eruditionis, de accentuum divina origine, prohibent. Etiamsi nulla necessitas accentuum in viva lingua sit, utiles tamen et necessarii in mortuis linguis planè apparent. Lingua vivente, accentuum figuris nondum indiguisse Hebraea videtur; et quamvis indiguisset, tres vel quatuor sufficerent. Denique, appositi esse videntur accentus optimo judicio et summa peritia, quamvis non ubique; plusque est in illis sapientiae, quàm vulgò latere creditur. Duo igitur hîc vitanda: ne, ab una parte, nimio amore et veneratione accentuum aliquis seducatur; ab alia verò, ne abjiciat ea quae Divina Providentia custodire voluit, ad veteris pronuntiationis normam indicandam. Haec sapientissima accentuum ordinatio et digestio proficisci potuerit ab hominibus linguae patriae peritissimis, qui lectionem, interpunctionem, musicae modulationem, constructionem et interpretationem hinc pendentem, prout ea in Synagogis publicè erat recepta, his notis consignare, et ad posteritatem transmittere voluisse videntur.

Judaei volunt Decalogum, Exod. xx. 2. 14. et Deut. v. 6. 18. duplici accentuum choro insigniri; quod Deus *una decem illa verba, una vice*, i. e. *uno halitu*, sine *interspiratione morave* aut *pausa elocutum*

Accentus Reges majores, qui *pausantes tonici* vocantur, maximè scitu necessarii: et tyronibus satis erit in principio quinque illos accentus bene dignoscere; caeteros cum tempore, ubi profecerint, ediscere poterint. *Silluk* אֽ lineola perpendicularis est, quae periodi ultimam vocem obsidet, valetque nostrum punctum finale: *Athnach* א֑ ferè in mediis periodis; notat *semicolon*, vel *comma*: *Rebhia* א֗, *Sakeph minus* א֔, et *Sakeph majus* א֕, usum *semicoli*, aliquando *commatis*, praestant.

Duplicem usum adhuc habent. Quidam innuunt, qua syllaba accentus collocandus. *Silluk* ultimae vel penultimae syllabae adhaeret, et semper voci versum claudenti apponitur; et duo puncta, ׃ *soph pasuk* dicta, post se semper habet: e. g. Gen. i. 1. הָאָֽרֶץ׃. Alii verò versum in suas partes distinguunt; uti in aliis linguis *commata*, *cola*, &c. solent.

Pro figura et situ, distingui solent accentùs in Simplices et Compositos, Infernos et Supernos, nec non Laterales: item in Praepositivos, Postpositivos, Indifferentes. Omnium commune fuisse officium toni figendi, agnoscitur: peculiaris potestas et functio, quum diversissima, pro diversis hypothesibus, tradatur, in medio relinquenda sunt.

Accentus est tonicus vel euphonicus; tonicus qui ultimam vel penultimam syllabam acuit. Vox in ultima habens accentum, Hebraeis dicitur מִלְּרַע; in penultima, מִלְּעֵל (*t*).

Ante-

tum fuisse, ac si *unum verbum continuum edidisset*; quod quum a populo intelligi non potuisset, *repetitum fuisse sermonem*, et singula verba *fuisse prolata*, cum *justa omnium vocum interpunctione*. Quidam viri docti ingenuè fatentur, mysterium duplicis accentuationis ipsis incompertum esse. Bohlius verò, duplicem Decalogi accentuationem involvere duplicem respectum: alterum, *pasuk*, i. e. *versuum*; alterum, *praecepti*: atque posteriore illo respectu, Exod. xx. 2, 3, 4, 5. constituere unum tantum praeceptum, idque I.: et vers. 14. iterum duo praecepta, IX. et X. exhibere. Duplex quoque accentuatio exstat, Gen. xxxv. 22.; rationem iterum à duplici respectu repetunt. Vid. clar. Ousel. Accent. Prof. p. 370. et Bohl. de Vera Divisione Decalogi, ex Infallibili Principio Accentuationis.

(*t*) Voces Chaldaicae sunt: מִלְּרַע significat *infra*, in fine vocis accentum esse indicans; מִלְּעֵל verò *supra*, q. d. in syllaba superiore accentum locatum esse.

Cum

Antepenultima ſyllaba Hebraeis nunquam acuitur; omnes ergo voces ſunt acutae vel penacutae. Cum vox in ultima ſyllaba acuitur, vocatur *milrahgh*, *de infra*, i. e. *inferius*; cum in penultima, dicitur *milhghel deſuper*: exemplum τῦ *milrahgh* habemus in יִשְׂרָאֵל *Jiſhraël*, hîc tonus eſt in ultima: ſed penacutae, vel *milhghel* ſunt quae in ־ָ vel ֶ deſinunt; e. g. אֲבִיגַיִל *Abbighail*, אֲבִימֶלֶךְ *Abimaelech*, בֵּית־לֶחֶם *Bethlehhem*, quae vulgò perperàm *Abigâil*, &c. enunciatur. Accentus Rhetoricus, qui aliàs Euphonicus, iſque unus, *metheg* מתג, *fraenum* dictus, quod inſtar fraeni vocis lectionem moderatur, eſt lineola perpendicularis ſyllabam, cui additur leni morula ſuſtinens, abſque tono; e. g. הָיְתָה *hayethà*, וַאֲנִי *wa-ani*: eſt ſimilis *ſilluk*, et accedit ſyllabis prioribus dictionum; et ſic reſpectu ſitus a *ſilluk* diſtinguitur, qui ſemper ultimae ſyllabae adhaeret. Qui linguae indolem ſeriò conſideraverit, hoc fraenum iſtis ſyllabis juſta de cauſa additum, planè perſpiciet.

De Linea Makkaph.

LINEOLA *makkaph* (u) מַקַּף convenit cum *hyphen* Graecorum, duas pluresve voces arctius connectens; tonum ad ultimum rapit, ac priores accentu tonico privatas eſſe indicat.

Cum vox in ultima ſyllaba acuitur, vocatur מִלְּרַע *milrahgh*, i. e. *inferius*; cum in penultima, dicitur מִלְּעֵל *milhghel*, h. e. *ſuperius*.

N. B. Accentus *rebhia*, τῶ *cholem* vocali figura non eſt diſſimilis; ideo è ſitu ab illo diſtinguitur: *cholem* literarum lateri appingitur; *rebhia* ſupra medias literas pingitur, ſic אָרֹן *Aron*.

In Jobi, Pſalmorum et Proverbiorum libris, alia quàm in aliis libris Biblicis accentuum ratio eſt: cauſa procul dubio eſt metrum. Ad *decentiam* et *gravitatem lectionis*, in *Synagogis* introductum, ut accentus pauſantes, cum mora quam faciebant, in *ſyllabas* et *vocales* quaſdam, influerent. Oratoria enim ars ſibi viam invenit, atque multas voces reſonari voluit cum accentu ad penultimam, quum propriè ultimam occuparet.

(u) *Makkaph* מַקַּף part. paſ. *copulatum*, a נְקַף apud Syros *copulari*: *makkaph* non eſt neceſſaria conjunctio, ſed libera, et ſemper aliquod

dicat. Frequens eſt duarum vocum conjunctio, ut Job. iii. 1. אַחֲרֵי־־כֵן *poſt-baecce*; prior vox caret accentu tonico: nam qui ad primam ſyllabam comparet, eſt euphonicus. Sine euphonico occurrunt quaedam exempla, ut Job. iii. 3, et 4.; tres voces occurrunt uno tono et ſpiritu elatae, Job. viii. 8. כִּי־שְׁאַל־נָא *nam-interroga-nunc*; quatuor Gen. xxv. 5. אֶת־־כָּל־־אֲשֶׁר־־לוֹ *omne-quod-ipſi*. Rarum hoc, et ferè in monoſyllabis reperiendum. His omnibus ſemper aliquod emphaſeòs; nonnunquam etiam figura vel tropus oratorius ſubeſt.

In Sacro Codice legendo, quaedam notulae obſervandae, quae Criſi Maſorethicae inſerviunt. In his geminus circulus; alter ſupra voces, alter inter eas, poſitus. Prior ille circulus Maſorethicus variantes lectiones indicat, quae *keri* et *ketib* appellantur (*x*).

Poſterior

aliquod emphaſeôs aut figurati ſermonis notat; *hyphen*, vel notula apponenda, ut figura illa vel emphaſis declaretur: novimus omnibus populis in linguis eſſe teretes aures; et ab exiguo momento, ictuve ſoni, aliter et aliter editi, totum ſenſum, affectumque pendere.

Quum *makkaph* non neceſſariam *conjunctionem*, ſed *liberam*, et ſemper aliquid *emphaſeôs* aut *figurationis* ſermonis, notet; apponenda notula, qua *figura illa* vel *emphaſis* neminem fugeret: alias ne a peritioribus quidem ſatis *dignoſcenda*. *Makkaph* ſaepe inducit *compoſitionem*, qua duae voces in unam, non tono tantum, ſed et ſignificatu, coëunt.

(*x*) Punctum criticum קְרִי i. e. *lectum*; a Maſorethis ſupra voces in textu expreſſum, per circulum vel circellum (o) et in margine per ק, ut ſignificarent eaſdem voces, aliter quam in textu exprimuntur, eſſe legendas: hinc ipſis frequentatae ſunt voces Chaldaicae, קְרִי *lectum*, et כְּתִיב *ſcriptum*. Adhibent Judaei in fine librorum, ex Eſa. xl. 29. כ כְּתִיב *ſcriptum*; ל לית *non exſtat*: uſurpant hoc Maſorethae de voce ſemel tantum, ſub hac vel iſta forma occurrente.

Numerus harum lectionum diverſarum nondum accuratè definitur: Elias Levita 848 percenſet; alii mille, alii mille et ducentas numerarunt. Mirandum verò eſt, quod tam paucae ſunt, tot ſeculis elapſis ab Bibliis Vet. Teſt. primo editis; nullus enim Claſſicus, vel Graecus vel Latinus, qui non decemplici numero variantium lectionum laborant. Elias Levita obſervat 65 in Pentateucho, quarum

Posterior circulus in medio versu vocatur פִּסְקָא *piska*, sive *cessatio*, *interruptio*: specimina hujus exstant Gen. xxxv. 22. Jos. iv. i. et viii. 24. Ezek. iii. 16. Loca XXVIII annotantur in Masora (*y*): acuminis aliquid a veteri *Synagoga* ex hisce captatum videtur.

H Punctorum

rum 22 circa defective scriptam vocem נַעַר *vir*, 454 in Prophetis, et in Hagiographis 329.

Thalmudici volunt Mosen et Prophetas, mysterii causa, aliter in textu, aliter in margine, legere jussisse: Rabbini ad Ezram et viros Synagogae Magnae haec referunt, qui ex antiquis codicibus hauserint, et semper lectionem, quae ipsis optima visa, ad marginem posuerint, ad eamque puncta in textu accommodarint, quantumvis pugnantia cum literis ibidem expressis, et relictis ob venerationem veteris illius scripturae. Clar. Carpzovius hasce variantes lectiones factas fuisse ab hominibus linguae patriae peritissimis, qui Codice Sacro restituendo incubuerint, post tempora Antiochi Epiphanis, eumque in finem usi fuerint gemino Codice, Hierosolymitano et Babylonico; in textu lectione Palaestinorum; in margine verò adjecta lectione Babylonica; et postquam, ex utriusque harmonia, librariorum menda substituissent: ast, ubi utrumque dissentire subinde cernerent, utramque annotarunt lectionem: ut ita, quicquid esset probatissimae sinceritatis, unum in Codicem transfunderent, atque memoriae nunquam interiturae mandarent. Alii referunt ad pias et privatas curas virorum doctorum, qui duplicem lectionem veterum Codicum, inter quas optio difficilis, conservarunt. Ex commentatoribus prudentissimus quisque id solet amplecti, quod ei maximè opportunum videtur. Clar. Schultensius affirmat, ut *chethib* antiquiùs, ita sinceriùs, plerumque esse, quàm *keri*. Et reverà, si norma et forma linguae melius intellecta esset, et comparatio instituta esset cum aliis dialectis, hoc indolis Hebraeae peritissimis probabitur; ex dialectis analogia Grammaticis apparebit, et, quicquid in Syntaxi adhuc caligine horret, nitescet: sibimet igitur consulant viri docti, et ne nimis festinent in consueta Codicis Hebraei lectione corrigenda et proscribenda ut adulterina et mendosa, donec majorem sibi antiquissimi sermonis scientiam ex dialectis collegerint. Qui non festinent lentè et cautè in hisce posteris, transmittent specimina suae ignorantiae indolis et naturae linguae Hebraeae, ut multi alii hactenus fecere.

(*y*) Masorethae à *masora*, מְסֹרָה vel מָסֹרֶת *masoreth*, i. e. *traditione*, nominati sunt. Per *Masoram* intelligitur, *Doctrina critica circa Sacrae Scripturae contextum, qua versus, voces* et *literae omnes numeratae, omnisque* vel *minima lectionis, scriptionisve, varietas* indicatur, ut esset סְיָג לַתּוֹרָה *sepimentum legi*, et *illibatae* integritatis

Punctorum congeriès addita quindecim textibus; ex quibus iterum, alio lusu ingenii et acumine, aliquod *profundioris sensus* exsculpere solent Judaei: e. g. Gen. xxxiii. 4. Psal. xxvii. 13.

De Kametz sive â *longo, et Kametz-chatuph sive* o *brevi.*

VALDE incommodum legere incipientibus, accidit quod *a* longum et *o* breve eâdem notulâ exprimantur. *Kametz* olim sic pingebatur (ֽ), quam formam in antiquis editionibus adhuc retinet; *Kametz chatuph* verò sic (ָ): atque ita facilè una ab altera distinguebatur: hinc tamen, librariorum incuria, utraque figura confunditur; ita ut criteriis, quibus a se invicem dignoscerentur, opus sit.

Figura ergo (ָ), post se habens *scheva* quiescens, nec accentu *tonico* vel *euphonico* suffulta, semper est *kametz chatuph*; non vero *kametz*.

I. *Kametz chatuph* fermè conjunctum habet *scheva* quiescens, sine ullo accentu: 1. Expressum in medio, ut חָכְמָה *hoch-ma*, *sapientia*; et distinguitur ab חָכְמָה *hâ-chemâ*, *sapiens*

integritatis munimentum. De *Masorae* hujus origine inter viros doctos magna dissentio: Rabbini a *Mose*, alii ab *Ezra* deducunt; quidam verò initium hujus laboris et operis Mosi, continuationem verò Ezrae dant: nonnulli ad Pharisaeorum curam referunt; inde a temporibus Maccabaeorum per aliquot secula continuatam. Clar. Cappellus, ad initium seculi VI. a Christo refert, quo *Tiberienses doctores puncta vocalia addidisse contendit:* in quibusdam verò locis innuit Masorethas paulo post tempora Ezrae ortos, quorum ultimi fuerint Tiberienses, qui opus Criticum compleruut. Doct. Simonius ad seculum VIII. hos *Tiberienses:* End. verò Barnag. ad seculum IX. et tempora celebrium Rabbinorum Ben-Ascher et Ben-Naphtali, referunt. Clar. Carpzov. Critic. Sacr. p. 288. trium aetatum Masorethas statuit: 1. Ut principes auctores operis fuerint viri Synagogae Magnae. 2. Exstiterunt סופרים *scribae* ac *numeratores*, qui, maximè post Antiochi Epiphanis tempora, in hanc curam incubuerint. 3. *Ultimos magistros Tiberienses* memorat, qui quod primi privata industria annotarant, et medii a praeceptoribus coeptum continuarant, et publica velut auctoritate munierant, ex congestis majorum schedis excerpserint, et publici fecerint juris. Tres priores sententiae nimis Masoram, ei Divinam auctoritatem tribuendo, extollunt; quatuor sequentes eandem nimis deprimunt: postrema medium satis moderatè et prudenter servat, et a plurimis *Philologis* et *Theologis* amplexa.

sapiens fuit, ope accentûs euphonici, qui prius punctum esse *kametz*, et (:) mobile, monstrat. 2. *Kametz chatuph* habet *scheva* suppressum in medio, sive latens in *dagesch* forti, ut חָנֵּנִי *bon-neni*, *miserere mei*, כָּרְתָה *car-rath*, *praecisus est*. 3. Habet etiam (:) suppressum in medio, sine *makkaph*, ut וַיָּקָם *waj-jakom*, *et surrexit*. 4. Ibidem cum *makkaph*, *cholem* correpto in oppositam brevem, ob pronuntiationem acceleratam per *makkaph*; ut כָּל־אֲשֶׁר *omne quod*, רָב־פְּנִינִים *multitudo gemmarum*.

II. *Kametz chatuph* agnoscitur, *praesente metheg*: 1. Quum sequitur *chateph kametz*, ut יָחֳרָב *vastabitur*, אָהֳלִי *tentorium meum*. 2. Quum sequitur *kametz chatuph*, ex *chateph kametz* oriundum, יָחָרְבוּ *vastabuntur*.

III. *Kametz chatuph* exsistere etiam potest ante gutturales, ob exclusum *dagesch* forte, ut בָּחַרְתָּ *bo-charta*, *electus fueris*, pro בָּחַרְתָּ *boch-charta*. Eodem modo, בֵּאֵר pro בֵּאֵר *declaratus est*, מָאַס pro מָאַס *spretus est*.

APPENDIX.

De Punctorum Vocalium Antiquitate et Novitate, cum Argumentis hinc et inde breviter propositis.

ELIAS Levita, Judaeus Grammaticus, primus novitatem punctorum vocalium invenit, eorumque originem Tiberiensibus Masorethis attribuit, anno 436 ab incenso secundo Templo, Christi verò 503.

Haec scripsit, posterisque communicavit Elias ille, in Praefatione tertia libri Masoreth Hammassoreth. Doctiss. Ludovicus Cappellus, quondam linguae sanctae Professor Salmuriensis, anno 1624, Eliae Levitae sententiam propugnare aggressus est, in libro, cui titulus, *Arcanum Punctationis Revelatum*. Hicce liber nomine Cappelli non fuit excusus; sed clariss. Thomas Erpenius, Professor Lugdunensis, in urbe illa, editionem hujus libri edidit, et sua praefatione libro illo magnam famam et auctoritatem conciliavit. Cappellus, in hoc libro, totis viribus probare conatur, 1. Puncta vocalia Hebraica, et accentus in textu Hebraico, non fuisse a Mose inventa, nec ejus tempore exstitisse, Sacrosque illos Libros solis consonantium figuris descriptos fuisse: idemque de reliquis Sacris Scriptoribus, qui libros Hebraicos scripserunt, affirmat. 2. Hancce punctationem,

ctationem, vel puncta vocalia, a Masorethis Tiberiensibus excogitata fuisse, contendit. Fatetur quidem vir doctus, Masorethas puncta vocalia non ex suis cerebris excogitâsse, et pro libitu et arbitrio suo confectam esse lectionem: audiamus enim ipsum, lib. 2. cap. 17. et 5. p. 259. "At, inquam ego, cum dico a Masorethis "Tiberiensibus excogitata esse puncta, et consonis addita, non hoc "volo, ut jam monui, ab iis excogitatam, atque de proprio ce"rebro, pro eorum libitu et arbitrio, confectam esse lectionem Sa"cri Textus, quam punctis illis signarunt atque expresserunt; sed "hoc duntaxat *volo*, expressam esse ab iis notulis a se excogitatis "lectionem quae tum ubique inter Judaeos obtinebat, quanquam ipsi "edocti fuerant a suis magistris scholastica institutione atque orali, et "πατροπαραδοτω traditione ab iis acceptam, quam lectionem cre"debant Judaei antiquae Mosaicae et Propheticae authenticae con"formem esse." Disertè punctorum utilitatem maximam, saltem linguam Hebraeam discentibus, fatetur, p. 184. "In his non hae"rere dubium, Lectorem, nisi eum qui linguae istius planè rudis "est et ignarus; atque in ejusmodi lectoris gratiam, fateor a Ma"sorethis excogitata esse, et consonis addita puncta, *uti supra non se"mel indicavimus: sed neque nos etiam hoc volumus*, neminem "linguae imperitum et ignarum posse, solarum literarum אהוי sub"sidio, Hebraica non punctata legere."

Haec observavimus obiter, ut Lector videat Dominum Hutchinson non omnino hypothesin Cappelli adoptâsse, sed propriam invenisse; quum puncta vocalia *inutilia* et *falsa*, et a Judaeis tandem ad textum corrumpendum, proclamat. Vid. vol. vii. Op. ejus, p. 189. 155. 257.

Doctissimus Waltonus, cum Cappello, in utilitate punctorum vocalium convenit, hisce verbis: "Tandem hoc notandum, Masorethas, "dum puncta invenerunt, non novos vocalium sonos, vel pronuntia"tionem novam induxisse; sed juxta consuetudinem ipsis traditam li"bros Sacros punctâsse: ideoque lectionem, non ab iis pendere, licet "ipsi apices excogitarunt; nec ideo veram esse lectionem, quia est "a Masorethis; sed quia verum Spiritus Sancti sensum exprimit, "quem Scriptoribus Sacris dictavit, et per eos literis consignavit, "quemque tum Judaei, tum Christiani, conservarunt. Non enim "punctarunt Masorethae Sacros Codices pro arbitrio, sed secun"dum veram et acceptam lectionem, quam diligenter poterant, "apposuere: ipsos verò plerumque rectè punctâsse liquet, &c." Vid. Prolegom, p. 29. et passim. Calvinum tantum hîc addam, in Zech. ii. 17. "Qui *puncta negligunt*, vel prorsus rejiciunt, certè ca"rent omni judicio et ratione; sed tamen habendus aliquis de"lectus.

Sententia verò Cappelli, de novitate punctorum, multis viris doctis arrisit: alios tamen maximè offendit; praecipuè Buxtorfium Juniorem, qui anno ejusdem seculi, contra clar. Cappellum edidit

librum,

librum, multa doctrina refertum, *de Punctorum Antiquitate*, &c. Hîc, ut in talibus fieri solet, studium partium adeo huic liti se immiscuit, ut a placida veritatis discussione viros doctos prohibuit. Status controversiae fit adeo conturbatus, ut quid disputetur, aliquando vix constet. In unam quaestionem induxerunt, quae haud dubiè, *natura*, *pondere*, *re ipsa*, toto coelo differant. Qui vocalium genuinam antiquitatem defendendam susceperunt, multas superstitiones Judaicas propugnandas sibi sumpsere, viz. *Literas majusculas, minusculas, inversas*, &c. *non carere mysterio, accentus omnes et schevata habere originem divinam et vim coelestem; punctationes irregulares ab ipsa manu Prophetarum ortas esse*, &c. Buxtorfius, et alii qui in ejus sententiam pedibus ivere, varias res miscendo, et multas quidem a rei maximi momenti scopo alienas, quae vix defendi potuere, solida argumenta, quae in medium produxit, obscura reddidere. Buxtorfius, haec absurda et parvi momenti defendendo, Cappello ansam triumphandi dedit: neque mirum est, illum, qui tam multa probare conatus fuerit, se ad angustias redactum fuisse, sensisse. Ex altera parte, Cappellus, non tantum ea, quae ex Hypothesi Buxtorfiana defendi nequirent, rejecit, sed etiam ea explodere conatus est, quae neque recta ratio, nec legitimae criseôs regulae approbarent. Sed statum quaestionis videamus.

Quaeritur, Num puncta vocalia et accentus in Bibliis Hebraicis usitata sunt ab ipso Mose reliquisque Veteris Testamenti Scriptoribus, qui consonantium auctores sunt, aut saltem ab Ezra Propheta? Num verò eadem illa puncta sunt demum multis post seculis, vel a quibusdam Judaeorum criticis, qui vulgò *Masorethae Tiberienses* vocantur, vel ab aliis celebribus Rabbinis, adscripta?

Clar. Cappellus, aliique viri docti, novitatem punctorum vocalium, hisce argumentis, sententiam suam praecipuè defendunt.

1. Multos Judaeos, ut Aben Ezram, ac praesertim Eliam Levitam, ad Masorethas Tiberienses, punctorum originem referre.

Huic respondetur: Non tam clarè constat, Ab. Ezram hujus sententiae fuisse: Elias Levita *solus* inter Judaeos hujus sententiae auctor fuisse videtur.

2. Volumina publica, Synagogarum usibus dicata, quibusque Judaei, ultra omnem hominum memoriam, utuntur, punctis caruisse: haec cum punctis destituantur, certissimum multis videtur, primos etiam codices iisdem caruisse; maximè cum punctati codices vocantur *profani*; soli verò *non punctati*, *sancti*. *Revera* hoc argumentum aliquid ponderis in se habere videtur: sed nondum probatum est, Pentateuchos, qui in Synagogis asservantur, semper sine punctis fuisse conscriptos; nam non omnino sequitur, quod hodierna volumina non punctata sint, vetustissima semper ita exarata fuisse. Puncta enim vocalia et accentus a posterioribus Judaeis omittuntur, ob sphalmatum et errorum metum in hisce punctis et apicibus; nam si ullo, etiam minimo vitio laborent, pollui talia exemplaria stultè ab

illis

illis existimantur: quivis viderit difficillimum esse, si non impossibile, Pentateuchum ornatum vocalibus et accentibus, absque ullis mendis et vitiis, exscribere; praecipuè sine venia exemplaria corrigendi. Praeterea, puncta, ad veram illorum MSS. librorum lectionem, hodie non sunt admodum necessaria; quia ex MSS. non omnes, sed tantum doctiores, in Synagogis legunt, qui, a juventute, Biblia punctata legerunt; et ita ex quotidiano usu, legere accuratè, sine punctis adscriptis, discunt. Doctiss. Loescherus putat, quod cum in Codicibus Sacris, *soli Sacerdotes, Levitae, aliique Scripturae Sacrae peritissimi,* publicè legerent, quibusque facilè erat puncta supplere, et sine iis, ea quae nota jamjam habebant, legere; visum est illis, partim ut praerogativam hanc prae vulgo haberent, peritiamque testarentur, partim ob rationes ex ipsis Rabbinis adductas, puncta omittere: hinc, non ex rei natura, sed ex sola ista Θέσει, punctati codices *profani* dicerentur; retinent enim Judaei punctatos codices, tanquam authenticos, et semper secundum horum normam Pentateuchum in Synagogis quotidie legunt. Denique, constat Judaeos ipsos fateri, *omissionem* punctorum in Sacris Codicibus a Cabbala descendisse, *quum punctatae voces,* in *varios Cabbalistarum sensus, se distrahi non patiantur.*

3. Doctores *Cabbalistas,* ex solis literis, *mysteria* et *allegorias suas* exsculpsisse; in punctis verò subtilius argutiusque lusuros, si adfuissent. *Parvi vero momenti est, quid homines leves et vi imaginatrici indulgentes faciant.* Buxtorfius praeterea mentionem punctorum factam esse affirmat in libro Cabbalistico.

4. Nullam in *Thalmude punctorum* mentionem fieri; ergo postea demum, circa annum Christi 500, ea introducta fuisse.

Sed planè constat, mentionem factam esse Masorae in utroque Talmude; igitur Masora procul dubio ante Talmudum fuit. Vid. Buxtorf. Com. Masoreth. p. 33.

5. Ne literas quidem hodiernas esse a manu *Mosis* et Prophetarum; quippe qui charactere Samaritano usi fuerint: multò minus ergo vocalium et accentuum figuras.

Sed haec ita se non habere, in Appendice de literis Samaritanis, ostendimus. Vid. pag. 15. et seqq.

6. Marginales illas *lectiones,* quae קרי *keri* vocantur, oppositas iis, quae in textu כתיב *chethib* dictis, i. e. *vocabulis in textu inventis,* occupari tantum circa literas, non autem circa puncta; ac proinde ea a veteribus codicibus semper abfuisse.

Sed haecce קרי *tantum Masorae partem faciunt, et ex majore opere desumpta sunt, quae puncta aequè ac literas memorant.*

7. Idem apparere ex versione LXX-Virali, atque ex paraphrasibus Chaldaicis; itemque ex *Aquilae, Symmachi* et *Theodotionis,* Versionibus: quippe qui omnes codicibus non punctatis usi sunt.

Respondetur: Plerasque discrepantias in LXX-Virali Versione, non a punctorum neglectu, sed a literarum *confusione, omissione,* et *additione*

additione vocum, imo phrasium integrarum, oriri, qualia etiam in punctatis codicibus evenire potuerunt; ipsaque versio, injuria temporis, misere corrupta et immutata *plurimis doctis* videtur. Observatu quoque dignum, *antiquissimos Targumistas*, praesertim *Onkelosum*, vix ullibi differre ab *Hebraeo fonte ejusque punctis*; recentiores verò multoties. Vid. Buxt. par. 1. de Punct. Antiq. cap. ix. Denique, vi hujus argumenti concessa, nihil aliud probat, quàm codices, ex quibus hae versiones factae fuerunt, locis quibusdam aliter fuisse punctatos, quàm nostri sunt; non verò puncta ab iis planè abfuisse.

8. Argumentum ex auctoritate *Hieronymi* et *Patrum*, tum *Graecorum*, tum *Latinorum*, confirmari.

Argumenta ab Hieronymo Graecisque Patribus adducta, leviora videntur, quàm quidam volunt. Cappellus plerosque eorum linguae Hebraeae rudes fuisse agnoscit. Qui extollunt Hieronymi peritiam in Hebraïcis, legere possint Joannis Clerici Quaestiones Hieronymianas, p. 33. 37. 73. &c. Quidam volunt nullam punctorum mentionem apud Hieronymum esse, vel directè, vel indirectè: Buxtorfius verò contrarium affirmat. Vid. Locum, et Hieronymum ad Jon. iii. 4. et in Praefat. ad Lib. Reg.

9. Accedit *Josephi* et *Philonis* auctoritas, qui punctorum, aut codicum punctatorum, nusquam meminerint.

10. Pergit praeterea Cappellus, novitatem punctorum probare, ex prodigiosa punctatione plurimarum vocum. Instat etiam ex קרי et כתיב, quatenus *puncta*, a Masorethis apposita, saepe pugnant cum literis, atque miram anomaliam oculis objiciunt.

Buxtorfius aliam et diversam conclusionem ab illo argumento produxit: Punctatio, ait ille, in quibusdam locis irregularis, et Masorethae notarunt; si verò hi punctationis hujus irregularis auctores fuissent, *facilius esset ipsis vocem regulariter punctare*, quàm in forma irregulari conservare, et notulam apponere, ad illam figendam in omne tempus futurum. Haud credibile est, Masorethas futuros commentatores in sua opera.

11. Ex punctorum *novicia* et *barbara appellatione* novitatem eorum affirmat; quum vocalium et accentuum nomina *faecem* redoleant ultimorum seculorum.

Puncta ipsa antiquissima esse potuerunt, etiamsi nomina ipsa recentiorem originem habuissent: hoc saltem certum est, Hebraeos ab antiquissimis temporibus habuisse sonos *a, e, i, o, u*; et procul dubio etiam notulas vel signa, ad hosce sonos designandos. Doctissimus Prideaux, etiamsi punctorum novitati faveat, hoc fatetur: "Quare si sonos ipsos respiciamus, unde *vocales* et *consonantes* sortiuntur nomina, ejusdem necesse est ut sint *partûs* et *antiquitatis*." Addit verò: "De sonis igitur, sive rebus substratis, lis non est; "sed de *figuris*, quas videmus, et *characteribus*, et de illis tantum, "quaeritur." Sed pace tanti viri, ratio dictat, homines natura semper

ſemper ideis ſuis nomina habere; antea probare, literas אהוי nequaquam eſſe vocales linguae Hebraeae, conati ſumus. Pag. 29. 30.

12. Novitatem punctorum, ex abſurda diſtinctione vocalium in longas et breves, affirmat Cappellus.

Reverà abſurdius eſt, audire virum doctum talia affirmantem; quum haecce diſtinctio in omnibus ferè linguis locum habeat, etiamſi non diverſas notulas, ad longas a brevibus diſtinguendas, ut Hebraei, habeant.

13. Praeterea *novitatem* punctorum, ex *vocalibus breviſſimis* vulgò dictis, quae *chateph rapta* vocantur, adſtruit.

14. Item ex accentuum apiculis numeroſis, qui Sacrum Codicem obſcurent, potius quàm illuſtrent, novitatem punctorum evincere conatur.

Sed puncta vocalia diverſa ſunt in rerum natura ab accentibus; neque enim viri docti, qui antiquitatem punctorum defendant, de accentuum antiquitate, in omnibus, cum doctiſſ. Buxtorfio, conveniunt.

15. Argumentum deducitur ab *matribus lectionis*, quae certiſſimum punctorum olim abſentium indicium praebent; adjecta inſuper auctoritate L. L. O. O. quae ſine vocalibus et ſcribi commodiſſimè, et legi intelligique expeditiſſimè, poſſint.

Hactenus oſtendere conati ſumus, neque literas אהוי ſufficere ad loca vocalium ſupplenda, nec vocales eſſe in caeteris linguis Orientalibus; ſexcenta enim vocabula in Hebraea, caeteriſque linguis Orientalibus, ubi nulla harum compareat.

16. Item ex *dageſch, raphe, mappik*, et puncto *diacritico τῦ Schin.*

Ex altera parte, quidam viri docti, puncta Moſi a Deo in Monte Sinai tradita fuiſſe, contendunt. Doctiſſ. Buxtorfius verò, antiquitatem punctorum ſaltem ab Ezra derivandam, affirmat; et hoc probare conatur.

1. Ex univerſali conſenſu Judaeorum: omnes enim Judaeorum Doctores, Talmudici, Kabbaliſtae, Grammatici, Critici et Philologi, unico Elia Levita excepto, et praeſertim Salomon Jarchi, Aben Ezra, David Kimchi, inter ſuos doctiſſimi, in hanc ſententiam pedibus eunt.

2. Ex antiquiſſimis exemplaribus, vel MSS. punctatis, quale in primis *Hillelianum*; illud ab *Hillelo* ſic dictum, qui centum annos ante Templi ſecundi deſtructionem florebat; vel ſaltem ab altero *Hillelo Hannaſi*, qui anno Chriſti 340 vixit. Huncce codicem punctis inſtructum fuiſſe teſtatur Kimchi in Michlol. fol. 93. et in libro Radicum, ad שׁוֹם. Sic ait de voce חֶשְׁוֹמָה 2 Sam. xiii. *Mem eſt cum ſaegol, praeter morem, loco patach*. Et in libro Hilleliano, *qui aſſervatur Tolotolae, notatum eſt cum patach*. Poſito vero, quod hicce liber non deſcriptus a Hillelo priore, ſed ab Hillelo Hannaſi, inde tamen ſequitur, puncta non eſſe a Tiberienſibus; quia hic Hillelus ferè centum annos ante illos Maſorethas vixit.

3. Ex

3. Ex matribus lectionis, vel אוי, omissis iis in locis ubi absolutissimè necessariae fuissent, ad ea loca clarè intelligenda, quae aliter nunquam perspicuè intelligi potuissent, vel saltem maximae ambiguitati obnoxia essent, nisi vocalia adfuissent.

4. Ex impossibilitate genuinam lectionem Codicis Hebraei conservandi et propagandi, usque ad tempora Tiberiensium, qui, circa annum Ærae Christi 500, demum punctationem, scholastica institutione traditam hactenus, Sacro Textui adscripserunt, notulis et figuris ad id ipsum excogitatis. Si enim puncta vocalia, usque ad tempora Tiberiensium, tantum orali traditione conservata; et demum circiter annum Christi quingentesimum consonantibus adscripta fuisse, statuatur; tunc puncta plus quàm per bis mille annos memoriter fuerunt conservata: vel, aliter, lectio non tantum indoctis, sed saepissimè etiàm doctis, dubia fuisset. Haecce difficultas augetur absentiâ *Aleph*, *Waw* et *Jod*, quae vulgò *matres lectionis* vocantur.

5. Ex altissimo et universali Historiae Hebraicae silentio, de Inventoribus punctorum Tiberiensibus, mirum quidem est, omnes Historicos Hebraeos, inventum tam admirandum et stupendum, tantique momenti, alto silentio praeteriisse, nullamque Tiberiensium Punctatorum mentionem fecisse, si tales fuerint, qui tantum opus moliti sint. Vis huic argumento insuper additur, quod historia Hebraica cursum studiorum, et sapientum singularum generationum in Babylonia, usque ad annum Christi 1000, in Palaestina verò ad annum usque 340; tradat; atqui nulla ibi historia talium Tiberiensium res gestas narret: cum Hebraei sane rerum minoris momenti, ad studia tantum pertinentium, speciatim meminere.

Penuria Historicorum una hîc objici possit; sed improbabile, si non impossibile, tale quid evenire potuisse Legi Mosaicae, quae quotidie in Synagogis legitur, vel Sacro Codici, et nullam hujus rei memoriam, vel ex historia Judaica vel traditione, nobis communicatam fuisse.

6. Ex aemulatione Doctorum in Academiis Babyloniae, qui gloriam et laudem tantae rei, solis Tiberiensibus non reliquissent.

7. Sine scitu, imo vel consensu, Babyloniorum, penes quos culmen doctrinae, novellam punctationem introduci non potuisse.

8. Quin consensum et approbationem totius gentis Judaicae, per totum orbem dispersae, intercedere debuisse, quod vix supponi potest, adeo ut nullus huic mutationi se opponeret. Notum ingenium Judaeorum circa *Sacra*; adeo ut certum videtur, illos nunquam talem mutationem in Sacros Codices admissuros, nisi de punctorum ultima antiquitate persuasi essent.

9. Ni puncta authentica sint, non authenticam censeri posse Scripturam, prout ea nostris nunc manibus teritur, secundum Lectionem Masorethicam.

10. Sacram Scripturam reddi dubiam, incertam, obſcuram; ejuſque lectionem periculoſam, atque omnibus torſionibus et perverſionibus luxuriantis ingenii obnoxiam, futuram eſſe: infinitas nempè eſſe voces, quae, unius punctuli diſcrimine, immane quantum diſcrepent.

Reverà, ſine punctis vocalibus additis, variae Species, ſive Voces Conjugationum, confunduntur: e. g. ſine punctis, פקד *viſitavit*, in prima Specie aſſumi poſſit, פִּקֵּד, פֻּקַּד, in tertia et quarta; etiam pro פְּקֹד in imperativo et infinitivo: ſimiliter, פקדת poteſt legi פָּקַדְתָּ, פִּקַּדְתְּ, פֻּקַּדְתָּ, ſine ulla diſtinctione vel generis vel ſignificationis. Denique, alterum exemplum talis confuſionis habemus in futuro; nam יפקד legi poſſit יִפְקֹד, יְפַקֵּד, יְפֻקַּד, יַפְקֵד, יִפָּקֵד. Sic prima perſona אפקד fut. 1mae Speciei uſurpari poſſit pro 1ma perſ. 2dae, 3tiae, 4tae et 6tae Conj. Hoc modo etiam nomina et verba confunduntur. Omnis diſtinctio inter pluralem et dualem numerum in nominibus tollitur. Notum eſt etiam tyroni Hebraeo, plurimas voces, ſub iis literis contentas, ſignificationes toto coelo diſſidentes admittere: ſed propoſitum meum haec latius diducere prohibet. Videat Lector doctiſſ. Leuſdenum in Philol. Hebr. p. 131. ubi varia exempla.

Ab iiſdem viris urgetur, Non peritioribus tantum et doctis, qui ſine punctis legere queant, ſed etiam imperitis, datum Verbum Dei fuiſſe; nec non, quod ſancitur Deut. xxvii. 8. *De lege lapidibus inſculpenda, clare* et *diſtincte*, atque in *publico* proponenda. Carpzovius validiſſimum argumentum deductum a voce κεραία, Mat. v. 18. memorata, exiſtimat.

11. Nihil in Pſalmis, Proverbiis, Jobo ac Prophetis, legi, nedum intelligi ſatis diſtinctè potuiſſe, ubi ſtylus ſaepiſſimè conciſus et brevis, et eodem tempore, figuris refertus, niſi adeſſent puncta vocalia.

12. Puncta eſſe *animas* quaſi conſonantium, quae iiſdem *motum*, *vitam* et *vigorem*, addant; ac proinde ea cum literis ipſis eandem originem habuiſſe.

13. Collocationem punctorum certam analogiam conſtanteſque regulas ſequi, quae ex genio et interiore indole linguae fluunt; ac proinde genuinam antiquitatem ſpirare.

14. Denique, Maſoram ipſam, etiam antiquiſſimam, mentionem facere punctorum, tanquam exſtantium, et partem ſinceram indubiamque Sacri Codicis conſtituentium.

Argumentis hinc et inde delibatis, et quibuſdam, ex utraque parte, pro modulo noſtro, annotatis, quae minus ponderis in ſe habere nobis videbantur; ut veritas hîc inveniatur, et cuinam parti maxima argumenti vis adſit videamus, controverſia ſimplicius proponenda eſt. Amputemus igitur omnes quaeſtiones appendices: De hodiernis vocalium figuris et nominibus; de *ſchevatibus*;
de

de accentuum numero et munere multiplici. Disquiramus dein, Quid verisimiliùs: adfuerintne, inde ab antiquissimis temporibus, *vocales* et *vocalium characteres*, an non. Vel, quaestio adhuc inter angustiores limites restringatur, An non ibi saltem *vocalium notulae* adjectae a Sacris Scriptoribus, in iis saltem locis, ubi aliquod dubii, vel errandi periculum, et ubi necessitas id postulabat. Hoc negare vix aliquis poterit, qui attentè linguas Orientales consideraverit. Idem verò de *schevatibus* asserere, imprudens et bonae causae noxium. His finibus si lis haecce semet coërceat, major concordia inter Criticos et Theologos sponte coibit, et puncta vocalia, communi consensu, justum illum et naturalem locum obtinebunt, quem indoles linguae Hebraeae, quem usus Orientis, inde a primaeva origine, iisdem, inter Chaldaeos Syrosque assignavit. Qui aliter in hac re pronuntiarunt, in eam non nimis accuratè inquisivisse videntur. Certè, Vocales omnes coaevas esse literis, nunquam in contentionem venisset, si modo status controversiae purus atque impermixtus mansisset. An, qui literas *consonantes*, i. e. *corpus* linguae, primus *figuris* convestivit, animam neglexisse censendus est? Ipsa res et ratio, cum consonantibus repertas quoque, a sapientissimo hoc Inventore scribendi, quasdam notulas et puncta, quibus *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, exprimerentur, indicat. Ante Masorethas, procul dubio, et Muhammedem, lectio antiqua cum ipsa lingua nota erat: Masorethae subsidiola tantum addere potuissent, ad vivam linguam, quantum potuerant, repraesentandam, et ob oculos ponendam. Doctiss. Simonius, et nuper clar. Hutchinson, Judaeos puncta sua vocalia ab Alcorano habuisse, contendunt. Arabes verò nullas vocalium notulas ante Muhammedis tempora habuisse, neque unus vel alter probaverit, neque probare posset. Verisimile quidem est, levem quandam mutationem in punctis vocalibus Ibn Mocla Vezyrium illum introduxisse, quum characterem quadratum et tardissimum in celeriorem mutaret. Non tantum res et ratio Arabes ante Muhammedem notulas vocalium habuisse suadet, sed historia literaturae Arabicae hoc confirmat. Verisimile videtur, notulas vocalium diversas et pauciores hodiernis fuisse. Tali signo usos esse Arabes, quali antea monuimus, docuit clar. Hottingerus: " Arabum scripta, et sacra " et profana, quam plurima suis vestita leguntur vocalibus; at non " iisdem, vel nunc, vel olim. Unico olim puncto, in antiquissimis " Alcorani exemplaribus (quod, quia a doctissimis, et linguae Arabicae peritissimis, hactenus negatum est, moneo) diversas innuebant vocales, prout vel supra literam ponebatur, vel infra, " vel in ventre. Paulatim figura haec rotunda mutabatur in apicem transversum vel cubantem, apud Occidentales: declinantem verò, seu acclivem a dextra sinistram versus, apud Orientales in denotandis vocalibus, *a*, *e*, et *i*; *o* verò et *u* semilunulâ " significabatur. Prioris punctationis fidem facit elegans Alcorani, " charactere Cuffico exarati, fragmentum, cujus aliàs meminimus,

" Isag.

" Isag. ad Lect. Pat. Posterioris, apud Occidentales aliud venerandae vetustatis monumentum, a Joanne Marquhardo a Konigseck, Barone libero, anno 1535, 20. Julii, in expugnatione Tuneti, metropolis Barbariae, in Europam allatum, &c." Vid. Hotting. Thesaur. Philolog. p. 403.

Ex hisce patet, Arabes semper habuisse signa et notulas, ad vocales suas designandas; et nunquam Arabibus in mentem venisse, literas אהוי locum vocalium sustinuisse.

Sic, antiquissimis Hebraeorum similiter quaedam signa fuere ad vocales suas designandas: et Moses, caeterique Scriptores Sacri, sine dubio, veram et genuinam lectionem Sacri Codicis quibusdam notulis, vel vocalium signis, determinarunt; saltem, ubi aliquod dubii, vel errandi periculum, occurreret. Pro hac hypothesi contendimus, quam quisque doctus facilè agnoscet: et si hoc concessum sit, ad integritatem textûs muniendam, et vocalium lectionem quam nunc habemus propugnandam, sufficit. Nam si vocales hodiernae in hisce Sacrorum Scriptorum notulis fundatae, et secundum harum vim et sonum, constitutae fuere, parum refert, quod forma et figura illarum aliquantulum immutata, et postea alia nomina illis attributa, vel, postquam lingua vernacula esse desierit, quaedam alia puncta et accentus, ad veterem verborum pronuntiationem conservandam, introducti fuerint.

Sententiam Hottingeri, de hac re, gravem, et studio partium vacuam, hîc apponere libet: " Arabes, Syros, Chaldaeos, etiam " vocalium expressas notas habuisse, semper nullus dubito: idem " persuasissimum mihi est de lingua Hebraea. An verò ab initio " statim, hae, quas habemus, vocales, consonis additae sint, et figura et numero, in medio nunc relinquo," &c. uti supra.

Denique, cum de sonis vocalium nulla lis fieri possit, sed de figuris et characteribus, concludimus, Si soni vocalium erant aequales consonantibus, procul dubio characteres, vim et valorem horum sonorum exprimentes, etiam exstitere. Ratio etiam et indoles linguae requirebat, ut in propriis locis apponerentur: cuivis enim Sacrum Textum incipienti, vix millesimam in illis vocem occurrere, cui *matres lectionis* sic inseruntur, ut vocalium officio fungantur. *Aleph* rarissimè occurrit; annotarunt enim Masorethae quindecim tantum locos, qui vulgò cum *Aleph protractivo* scribi dicuntur.

Et procul dubio, si Muhammedani, etiam vivente lingua sua, curarunt, ut Alcoranus punctis vocalibus muniretur adversus sui textûs corruptionem; Mosi et Prophetis curae erat, ut Oracula Divina ita describerentur, ut omne periculum aberrandi a scopo sensûs evitaretur.

Non negatur, linguas Orientales sic esse comparatas, ut in bene *multis*, quam expeditissimè, sine vocalibus adjectis, tum legi, tum intelligi, possint: sed in multis locis, a doctissimis, eas adesse debere, audiamus clar. Schultensium, qui in hac palaestra diu sudaverat,

verat, in Praefat. ad Institut. Hebr. "Id tamen ego, post triginta "quinque annos, partim discendo, partim docendo, hac in pa- "laestra exactos, nego, pernego, hasce nostras linguas nuspiam "adjectione et subscriptione punctorum vocalium indigere. Infi- "nitae sunt in Arabicis, Syriacis, Chaldaicis, Thalmudicis, peri- "copae, sententiae, sensus, qui, si puncta absint, a nemine morta- "lium, ne peritissimo quidem harum linguarum, intelligi et ritè "explicari possint. Miratus semper fui *confidentiam* virorum quo- "rundam doctissimorum, nimis liberaliter et magnificè hic loquen- "tium: quamvis etiam saepe imperitiam et jejunitatem aliorum "riserim, qui ne unum quidem periodum sine punctis legi posse "dictitant. Si *Haririi Consessus quinquaginta*, toti veteris linguae "floribus et gemmis contexti, sine punctis lectioni Arabum fuis- "sent traditi, ne centesima quidem pars eorum luceret, non dicam "nobis, sed vel linguae patriae peritissimis. Alcorani lectio et "sensus nuspiam satis constaret; priscos Arabes, inter quos multi "non ultra Muhammedis solum, sed etiam ultra Christi Domini "aetatem ascendunt, haudquaquam venerata esset universa Natio, "tanquam eloquentiae et Grammaticae simul supremos arbitros et "magistros; ni vocales eorum consonantibus appictae fuissent, quae "ad utrumque praelucerent, atque nihil, nec in sensu obscuri, nec "in pronuntiandi ratione ambigui, paterentur."

Quisquis aequus judex, ex hoc solenni testimonio Viri Doctissimi, de vana ostentatione et jactantia quorundam judicare possit, qui prae se ferunt, se libros omnes, tum Poëticos, tum Propheticos, sine ullo punctulo adscripto vel adjecto, pulchrè callere posse. Noluit clar. Schultensius talia jactare, post quadraginta annos et plures, improbo labore in hac palaestra, exactos.

Reverà, variae et adversae sententiae eorum qui punctorum vocalium antiquitati repugnant, validum argumentum pro genuina antiquitate horum suppeditant. Quod attinet ad eos qui huic argumento se opponunt, verè dici possit, *Quot capita tot sensus*. Cappellus, aliique viri docti, novitatem punctorum affirmantes, utilitatem punctorum linguam Hebraicam discentibus, veramque et genuinam legendi rationem iisdem conservatam esse, agnovere. Clar. verò Hutchinson, punctis et lectioni linguae Hebraicae secundum horum normam renuncians et valedicens, omnibus punctis vocalibus Sacrum Textum, more Cabbalistarum, exuit, ut vi imaginatrici suae, et luxurianti ingenio, magis indulgeret, Textum Sacrum, *figmenta*, et *principia* sua prioribus seculis *inaudita*, eloqui cogeret. Alii etiam inter nos, indolem linguarum Orientalium ex Occidentalium genio, quae toto coelo diffident, revocantes, necessarium duxere, ut characteres vocalium omni alphabeto inserantur. Sed, si simplicitatem naturae et antiquitatis spectemus, nihil mirum, vocales, quae sunt animae literarum, diversis characteribus a consonantibus depictas fuisse, videbitur.

CAPUT

CAPUT V.

De Syllaba.

HActenus, ſcribendi rationem a dextra verſus ſiniſtram antiquiſſimam fuiſſe, diximus: hunc ordinem ipſa literarum figura poſcit; quarum facies, ſiniſtrorſum converſa, illuc *dextram* ſcribentis ſponte ducit.

Hebraei ſyllabam a conſonante, quae vocalium omnium vehiculum eſt, incipiunt. Nulla vocalis, in linguis Orientalibus, poteſt ſyllabam inchoare: ad ſyllabam conſtituendam, neceſſariò adeſſe debet *conſonans una*, ad ſummum *duae*, ſequente una tantum vocali; ex indole enim linguae, duae vocales neutiquam conjungi, in eadem ſyllaba, poſſunt.

Syllaba duplex eſt; *pura* vel *mixta:* ſyllaba pura ex una conſonante et una vocali conſtat; e. g. בָּ *ba:* ſyllaba verò mixta eſt, ubi una vocalis et plures conſonantes occurrunt; e. g. כֹּל *kol.* In פָּקַדְתָּ *pakadta*, prima ſyllaba פָּ pura; altera קַדְ mixta; et ultima תָּ pura eſt. Litera quieſcens quoque puram praeſtat ſyllabam; ut בָּרָא *bârâ*, *creavit.*

Lingua Hebraea aliquid proprium ſibi habuiſſe videtur, in ſyllabis ſuis conſtituendis. Nulla enim perfecta et completa ſyllaba, niſi duobus temporibus, compleri poſſit: vocali enim brevi *unum tempus* tantum competit; longa verò *duo tempora* habet: quamvis et *tria* atque *quatuor*, etiam *quinque tempora*, admittere queant (z). Conſonans igitur cum vocali

(z) Ut haec melius a tyronibus intelligi poſſint, Si tempus brevis vocalis momento vel tempore notemus, *longa* duo momenta vel tempora requirit; ſi ad *vocalem brevem* accedat *conſona* vel *accentus*, jam duplex habet tempus; ſi utrumque, triplex. In מֶלֶךְ prima ſyllaba completur per accentum; poſterior, per conſonam. Si vocali longae, *accentus*, vel alia conſona, adſuerit, triplex; ſi utrumque *ſimul*, tum quadruplex illi tempus erit. In פָּקַד *viſitavit*, prior *duo tempora* habet, quod *longa* adſit *vocalis*; poſterior tria, per *conſonam*, videlicet, et accentum. In פָּקַדְתָּ *viſitâſti*, prima ſyllaba cum vocali longa efficit duo, 2da ſyll. ob conſonantem ד et accentum,

vocali longa, utpotè duorum temporum, ſyllabam efficere poteſt: vocalis brevis, utpotè unius temporis, cum conſona ſua ſyllabam non abſolvit, ſed complemento indiget.

Complementa *temporis deficientis* in *vocali brevi*, ut reddatur *ea*, cum conſona ſua, *juſta ſyllaba*, ſequenti modo fiunt: 1. Litera mobilis expreſſa, et ſyllabae adjuncta, *vocalis brevis* fit complementum, et ſyllabam juſtam conſtituit; ut מַלְכֵי *Mal-che*, *Reges*. 2. Litera mobilis incluſa in *dageſch* forti; ut יִקַּח *accipiet*, pro יִלְקַח; אַפִּי *naſus meus*, pro אַנְפִּי. 3. Litera mobilis latens in altera, quae *duplicari* debuiſſet, ſecundum *analogiam*; ut אֶחָד pro אֶחָּד *unus*, יֵחַת pro יֵחַּת *deſcendit*, a נָחַת: etiamſi nullum *dageſch* forte ſit in ח, tamen ſyllabae complementum adeſſe intelligitur; quia regulariter *dageſch* inſeri debet in ח, quod gutturalis plerumque rejicit. 4. Litera quieſcens etiam ſyllabam efficit, ut קָצֶה *finis*, חֵטְא *peccatum*. 5. Accentus tonicus etiam, ut מֶלֶךְ *Rex*. 6. Uti etiam accentus euphonicus, ut יַעֲשֶׂה *faciet*. Ad quatuor, complementa haec commodè reduci poſſint; quia tria priora, ad literam cum vocali brevi ſyllabam conſtituentem, ſatis bene revocari queant.

Ex praedictis conſtat, Nullam vocalem in ling. Oriental. incipere poſſe ſyllabam; ſed neceſſariò conſonantem praeire vocali

centum, efficit tria, ultima iterum duo. In pauſa פָּקָד quatuor *tempora* ad finem poſſidet. In קֹדֶשׁ *ſanctitas*, *cholem* accentu notatum tria tempora implet; poſterius *ſaegol* duo. In קָדוֹשׁ *ſanctus*, ultimum *cholem* quatuor tempora habet. Litera quieſcens idem efficit in *vocali*, tum *brevi*, tum *longa*, ſi accentus acceſſerit: e. g. בָּרָא *creavit*, ad finem quatuor tempora poſſidet. In בָּרָאתָ ſunt quinque; uti etiam in הֵבֵאתָ *adduxiſti*: media enim ſyllaba quatuor tempora poſſidet; duo pro vocali longa, unum pro accentu, unumque pro litera quieſcente. In הֵבֵאתָ verò ultima ſyllaba quinque tempora habet; duo pro vocali longa, unum pro accentu, aliud pro litera quieſcente, et ultimum pro conſonante finali. Eodem modo ſe res habet in בָּאתָ *veniſti*, הוֹצֵאתָ *eduxiſti*, et ſimilibus. *Scheva*, ſive ſimplex, ſive compoſitum, non valet efficere ſyllabam; ut nec *patach furtivum*: quum abſentis vocalis tantum indicia ſunt.

vocali debere; non posse tamen stare, nisi unam, vel ad summum, duas consonantes, ante vocalem. Bona syllaba est פֶּה *os*, etiam לְפֶּה *ad os*: sed כְּלְפֶּה *sicut ad os*, non admittitur; mox enim in כִּלְפֵּה propterea mutandum. Eodem modo בְּנוֹ *filius ejus*, bona syllaba: nunquam vero כְּבְנוֹ *sicut filius ejus*, toleratur; sed in כִּבְנוֹ mutatur. Post vocalem, in medio vocis, una tantum litera mobilis in eandem syllabam recipitur, ut נִפְקְדוּ *niph-keduu*, *visitati sunt*, non *niphekeduu*; מַלְכְּכֶם *Mal-chechem*, *Rex vester*, non *Male-chechem* (*a*). In fine saepissimè quidem *una consona*, ut פָּקַד; saepe tamen et duae, ut פָּקַדְתְּ *visitâsti*, אַתְּ *tu*, קֹשְׁטְ *veritas*. Quod attinet ad literas quiescentes, in *medio* et *fine*, aliquando aliter sese res habet; duae enim literae quiescentes post vocalem inveniuntur, ut in הֵבֵיאתָ *adduxisti*, גֵיא *vallis*: sed posterior *otiari* dicitur, id est, nullum effectum in syllaba constituenda habet, sed ad indicium radicis manet; uti supra monuimus, p. 24. 25.

Hactenus diximus, quamobrem hae literae א ה ו י quiescere et otiari dicantur: nunc verò, quomodo quies et otium illud in *syllabae* ratione sese *habeat*, ostendendum.

Quiescit ה tantum in fine, cum non *radicale* est, sed *servile*, substitutum pro ו et י; ut שָׁלָה pro שָׁלַו *tranquillus fuit*, גָּלָה pro גָּלַי *revelavit*: cum verò *vicarium* est, quiescit in *kametz*, *tzeri*, *cholem*, vel brevi vocali *saegol*; e. g. גָּלָה *revelavit*, גְּלֵה *revela*, גָּלֹה *revelare*, גּוֹלֶה *revelans*.

Aleph

(*a*) Diximus syllabam semper a consona inchoari, quòd *motus organicus oris* omnino praecedat sonum inde redditum. Duo sunt, in quibus ab hac regula constanti deflexum esse videtur. Primum est וּ per *schurek* enunciatum in וּמֶלֶךְ *Uumelech*, *Rex*, וּבְדֶרֶךְ *Uubhdherech*, *et in via*: ex analogia linguae regulariter deberet esse וְמֶלֶךְ et וְבְדֶרֶךְ; *est ergo mollior flexus oris è consona in vocalem lapsi*, *per accidens*: de quo postea in mutatione punctorum. Alterum est יְרוּשָׁלַםִ *Hierosolymae*, quadrisyllabum, pro pleniore forma יְרוּשָׁלַיִם *Jeruuschalajim*. In ea *Jod* quotidiano usu suppressum, ad pronuntiationem celeriorem: tale quid Latini habent in *adicit* pro *adjicit*, et similibus.

Aleph quiescit, quoties syllabam claudit; quod tenuior sit spiritus, quàm exaudiri aut pronuntiari in fine syllabae possit: ante se omnes vocales longas ad *finem* admittit; ut קָרָא *clamavit*, קוֹרֵא *clamans*, נָבִיא *propheta*, קָרוּא *vocatus*, הוּא *ipse*: ex brevibus, vix aliam quàm *saegol*, ut פֶּרֶא *onager*. In *medio vocis*, ex *longis*, *kametz*, *tzeri* et *cholem*, recipit, ut רֵאשִׁית *principium*, רֹאשׁ *caput*; et ex *brevibus*, saepius *saegol*, ut קְרָאנָה *vocate*. Aliquando cum *patach*, *chirek* et *kibbutz*, etiam quiescit. Nunquam ו quiescit, nisi in *cholem* et *schurek*; iis enim sonis unicè aptum est; sic הוֹרִיד *demittere*, pro הַוְרִיד, et הוּרַד *demissus est*, pro הֻוְרַד.

Jod non colliquescit, per *quietem*, nisi in sonis *e* et *i*: hoc est, in *tzeri*, *saegol*, *chirek*, quorsum natura ejus prona; ut עֵינִי *oculus meus*, pro עֵיְנִי, גֵּיא *vallis*. Hactenus dictum est, eas literas *otiari*, quum nec *pronuntiantur*, nec *vocali praecedenti quicquam morae* addunt: planè enim *otiantur*, quum *scheva* quiescens jam syllabam clausit, ut שָׁוְא *vanitas*, pro שָׁוְא; item in חֵטְא *peccatum*, pro חֵטְא, et יַרְא *vidit*, pro יִרְאֶה. Eodem modo, *Jod*, in אַתְּי *tu*, quiescit. Hae literae similiter in medio vocis otiantur; uti variis exemplis ostendimus in p. 25.

De nomine et natura *schevatis*, hactenus diximus: quem verò effectum in syllabis constituendis habeat, nunc dicendum est. *Scheva* est *ille gradus vocalitatis* quem motus organicus oris, ad literam efferendam, requirit, vel quasi aëris explosio. Vid. p. 45. Hicce fictitius sonus auribus percipi potest, cum consona, vocali carens, incipit syllabam; inde *scheva* magis movetur. Hinc *Scheva mobile* vocatur, quod tum illa vocis eruptio clarius auditur; ita בְּנִי *filius meus*, *scheva* mobile possidet: cum verò *scheva* in fine syllabae sit, tum ille aër in ore loquentis absorbetur, et explosio minus auditur; hinc *Scheva mutum* vel *quiescens* appellatur, ut in דֶּרֶךְ *via*, ubi *scheva* quiescit (*b*).

(*b*) *Schevatis* sonum concipere possimus ex eo qui exauditur, cum quivis consonam ב vel מ, sine vocali adjuncta, efferre voluerit: nam post pronuntiatam ב, labiis diductis, explosio aëris fit, quae

N. B. *Scheva* quiescens, in efferenda sua consona, non diducit, sed adducit plus minusve labia : sentias, si אָב *abb*, *pater*, אֵם *mater*, pronunties.

Si linguae Hebraeae analogiae attendamus, *scheva* mobile aut quiescens distingui possit : sed hoc usus et tempus melius docebunt. Sequentes verò regulae, incipienti, auxilio

quae non est vera vocalis; sed ille aër, quem consona ore missa trahit, imitatur quodammodo sonum illius vocalis. Natura etiam dictitat, Quo asperior duarum consonantium ante vocalem concursio sit, eo graviorem aëris explosionem, sub prima, fieri; ut פְּקֹד *pkod*, *visitare*, בְּקָרִים *bkarim*, *matutina*, קְצַר *ktzar*, *brevis*, צְבֹר *tzbhor*, *acervare*, שְׁמֹר *schmor*, *custodire*, שְׁבֹר *schbhor*, *frangere*. In quibusdam, sibilus tolerabiliorem facit syllabam.

Ex his exemplis apparet, Quanto mitior concursus, tanto breviorem aëris impulsionem fieri: ut, è contra, Tanto longior eadem, quanto duriores literae in unam syllabam conveniant.

Neque haecce aëris explosio, quam *scheva* appellamus, Hebraeis tantum propria, sed etiam apud Graecos et Latinos exstat; ut patet ex Βδελυσσειν, Πτωμα, Κτεινω : nemo *Bêta*, *Pi*, *Kappa*, sine notabili expulsione aëris, pronuntiare potest; multò minus in Σπλαγχνον, Στρεφω, &c. Graeci tres consonantes ante vocalem admittunt; Hebraei verò, duas tantum : suntque, eatenus, *Literae sociabiles*. Denique, quia ille aër, quem consona, ore missa, trahit, imitatur, quodammodo, sonos vocalium, per *a*, *e*, *i*, *o*, *u*; credibile, *Scheva* mobile, per omnes has species, in pronuntiatione Hebraea, variâsse, prout vel natura vocis vel consuetudo daret. 1. *Scheva* igitur mobile, ante gutturalem, vocalem ejusdem imitatur; e. g. מְעַט *mahghat*, *parum quid*. 2. Ante *Jod*, non notatum per *chirek*, in *i* fere exit; בְּיָדִי *bijadi*, *in manu mea*. 3. Aliquando in *a* cadit, גְּבַר *gabhar*, *vir*. 4. Si *metheg* adjectum sit, imitatur et exprimit vocales sequentes; ut דְּבַר *dabhar*, *res*, דְּעוּ *dughbhû*. Verisimile tamen est, sonos *a* et *e* maximè obtinuisse; ut LXX, צְבָאוֹת et דְּבֹרָה Δεβωρα, bene expresserunt. Similiter, in שְׁלֹמֹה *Salamon*, etiam *Solomon*; etiam sonus τῦ *o*, in סְדוֹם *Sodom*, obtinet. Haec *schevata* delicatiorem pronuntiationem notâsse videntur, quàm lingua adhuc viva possederat, et tunc temporis adjecta fuisse, credibile est, cum lingua esse vernacula desierat; ut Lex et Prophetae exactè, secundum linguae Hebraeae indolem et normam, in Synagogis perlegerentur.

lio erint. Mobile fit *fcheva*, 1. Quando ab initio ftat, ut פְּרִי *fructus.* 2. Quando in *medio* poft vocalem longam, accentu *metheg* fraenatam, פָּֽקְדוּ *vifitarunt.* 3. Cum poft *fcheva* quiefcens, item in medio, occurrat, ut יִפְקְדוּ *vifitabunt.* 4. Poft vocalem brevem, accentu *tonico* vel *euphonico* completam, ut לַמְנַצֵּחַ *monitori*; fed, non tam certum eft, de hac claffe.

Scheva quiefcens dignofcitur, 1. In fine vocis, ut in אַתְּ *tu foem.* 2. In medio vocis, cum *dagefch* forti, ubi prior geminata femper habet *fcheva* quiefcens, ut יִפְקֹד *vifitabit.* 3. In medio quoque, poft vocalem brevem, omni accentu deftitutam, ut בִּגְדִי *veftis mea.* 4. In medio iterum, ante afformantes fyllabicas verborum, quamvis accentus tonicus aut vocalis longa adfit, ut פָּקַדְתָּ *vifitâfti.* 5. Ab initio, cum *dagefch* forte infertum fit, extra ordinem, in prima litera monofyllabae et diffyllabae, ut מַה־זֶּה *quid hoc?* ubi prius *Zain* habet *fcheva* quiefcens, non *oculo*, fed *aure*, perceptum. Haec antea attigimus; fed hîc, caufa tyronum, exemplis latius illuftrare, opus erat.

Gutturales, non *fcheva* mobile, fed compofitum, fibi affumunt, quandocunque fyllabam inchoant: nunquam enim *fchevate* fimplici, ut aliae confonantes, notantur; fed vel (ֲ) vel (ֱ) vel (ֳ) fibi arrogant, ut חֲלִי *monile*, עֱדִי *ornamentum*, חֳלִי *excoriatio.*

Gutturales pronuntiatu difficiliores quàm caeterae literae; talis enim earum vis et ratio, ut non nifi hiante gutture proferri queant, quoties fyllabam incipiant: hinc major aëris explofio, in illis pronuntiandis ab initio fyllabae, requiritur; inde illa emiffio aëris ad vocalem magis approximat, vel majorem vocalitatis gradum poftulat. Cum igitur natura fyllabae fonum *a* requirit, tum (ֲ) recipit; e. g. יַעֲמֹד *ftabit*: cum verò fyllaba fonum *e* poftulet, tunc gutturalis (ֱ) affumit, ut אֶעֱשֶׂה *faciam*; et cum ab initio fyllabae requiratur fonus *o*, tum (ֳ) recipit, ut in יָעֳמַד *conftituetur.* Haec *fchevata* compofita, aliquando fed rariùs, aliis etiam literis adduntur.

In fine fyllabae, literae חחע *fcheva* fimplex admittunt; e. g. שָׁמַעְתָּ: tamen, ab fine vocis vel ultimae fyllabae, pro

pro *schevate* quiescente, *patach* furtivum recipiunt, quod non omnino vera vocalis, sed usurpatur ad sonum gutturalem emolliendum, accipiendo ante se fictitium sonum *τω a* approximantem; ut in רָקִיעַ *rakiabgh*, pro רָקִיע *expansum*, רוּחַ *ruabh*, *spiritus*. Vid. p. 44. Quoties syllabam claudunt gutturales cum *schevate* quiescente, guttur leniter comprimendum.

Observatur, Gutturales ע ח ה recipere *patach* furtivum post omnes vocales longas, praeter *kametz*. Ratio hujus exceptionis videtur, quod *patach* furtivum gutturi aperiendo paululum, ante sonandas gutturales, inserviat; et *kametz* gutturalibus praeeunte, guttur, pronuntiatione *a* longi, hactenus dilatatur, ut nullo *patach* ad illud aperiendum indigeat.

Hae notulae delicatiorem pronuntiationem, quàm lingua adhuc viva possederat, notâsse videntur; et tunc temporis adjectae fuisse, cum lingua esse vernacula desierat, ut genuina pronuntiatio, quantum fieri potuit, in Mose et Prophetis praelegendis, conservaretur. Cum enim lingua viveret, non opus fuit hisce bacillis ad nutantem lectionem fulciendam, et pronuntiationem genuinam dirigendam. Nihil obest integritati Sacri Codicis, etiamsi *schevata* ei, ab antiquis temporibus, defuisse dicamus.

Hactenus, unam tantum vocalem cum consonante syllabam constituere, diximus; hinc, nulla verà diphthongus in lingua Hebraea esse possit. Sonus quidem exstat qui diphthongum imitatur: ו enim et י, cum syllabam claudant, retento motu suo organico, et cum *scheva* quiescens sub se recipere debeant, quasi diphthongum faciunt; e. g. שָׁלֵו *schalew*, *tranquillus*, פִּיו *piw*, *os ejus*, גּוֹי *goi*, *gens*, אֲדֹנָי *Adonai*, *Dominus*. Haec cum longis.

Waw et *Jod* quiescere tantum possunt cum vocali, quieti opportuna; *Waw*, nempè, in *cholem* et *schurek*; *Jod*, similiter, tantum cum *tzeri*, *saegol* et *chirek*, quiescit; cum reliquis omnibus, diphthongi speciem praebet: e. g. קַיֵּם *kajjem*, *stabilivit*, קֻיַּם *kuj-jam*, *stabilitus fuit*. Vid. p. 25. 26.

Ad justam syllabae comprehensionem, natura utriusque *dagesch* attendenda est. *Dagesch* lene aspirationem a literis ב ג ד כ פ ת tollit: *Dagesch* forte, his et aliis literis insertum, non tantum aspirationem ab illis tollit, sed etiam literam geminat;

geminat; ut אִבִּי *ibbi*, *fructus meus*, צִדִּי *tzaddi*, *latus meum*. Idem, per accidens, usu venit in initio; ut מַה־תְּלָאָה *mattelâhâ*, *quid defatigationis?* Mal. i. 13. *Dagesch* forte ita literam geminat, ut geminam circa se efficiat syllabam: id est, priorem literam cum vocali praecedenti conjungit, posteriorem cum sequenti; ut כַּפִּי *chap-pi*, *manus mea*, non *cha-ppi*.

Cum geminatio in aliqua quiescentium fit, prior litera in quietem datur, si ea praecedat vocalis quae quieti isti apta sit; ut צִיּוֹן *tzi-jon*, pro *tzij-jon*, צִיִּים *tzi-jim*, *desolati*, pro *tzij-jim*. In quibusdam, *dagesch* forte duas syllabas cum praecedenti non facit; ut in אַתְּ *tu foemina*, pro אַנְתְּ; נָתַתְּ *dedisti*, pro נָתַנְתְּ. Quidam viri docti volunt nec *dagesch* forte nec lene in שְׁתַּיִם, pro שְׁנְתַּיִם, a שָׁנָה: videtur esse potius *dagesch* forte; nam primitùs fuit שְׁנָתַיִם, mox שְׁנְתַּיִם, inde שְׁתַּיִם *schit-tajim*.

Ut tyro Hebraeus citius legere Hebraeam discat, paradigma verborum primò syllabicare, dein legere, seipsum assuescat. Ut facilius etiam ad praxin revocentur regulae quas supra tradidimus, hîc, 8. vers. iii. cap. Zeph. qui singulas alphabeti literas, etiam finales, continet, apponemus.

kûmi	*lejom*	*Jehova*	*neum*	*hi-bbaccu*	*lachen*
קוּמִי	לְיוֹם	יְהוָה	נְאֻם	חַכּוּ־לִי	לָכֵן
surgere me	ad diem	Jehova,	dixit	me exspectate,	Ideo

gojim	*leesoph*	*mishpati*	*ki*	*lehgbadh*
גּוֹיִם	לֶאֱסֹף	מִשְׁפָּטִי	כִּי	לְעַד
gentes,	ad colligendum	judicium meum,	quia	ad praedam;

hghaleihem	*lishpoch*	*Mamlachoth*	*lekobbtzi*
עֲלֵיהֶם	לִשְׁפֹּךְ	מַמְלָכוֹת	לְקָבְצִי
super eos	ad effundendum	regna,	et ad congregandum

beesch	*ki appi*	*hharon*	*col*	*dsahghmi*
בְּאֵשׁ	אַפִּי כִּי	חֲרוֹן	כֹּל	זַעְמִי
in igne	quoniam irae meae;	furorem	omnem	indignationem meam,

haaretz.	*col*	*teachel*	*kinathi*
הָאָרֶץ׃	כָּל	תֵּאָכֵל	קִנְאָתִי
hujus terrae.	universitas	devorabitur	zeli mei

CAPUT VI.

De Nomine.

PARTES Orationis apud Hebraeos, ut in omnibus aliis Linguis, ſatis commodè ad tres reduci poſſunt; nempè, Verbum, Nomen, et Particulam: Particula enim ſub ſe continet Pronomina, Adverbia, Praepoſitiones, Conjunctiones et Interjectiones.

In Nomine conſideranda veniunt, Derivatio, Qualitas, Genus, Motio, Numerus, Caſus, Comparatio, Regimen, Mutatio denique vocalium ex regimine, aliove quo flexu, oriunda.

Reſpectu qualitatis: Nomen eſt Subſtantivum, ut מֹשֶׁה *Moſes*, מֶלֶךְ *Rex*; vel Adjectivum (*c*), ut גָּדוֹל *magnus*, גְּדוֹלָה *magna*.

Ut autem duplex eſt tantum ſexus, ſic Hebraei duplex ſolum genus agnoſcunt; Maſculinum et Foemininum. Hebraei Neutrum ignorant: illud verò, modò maſculino modò foeminino genere, exprimunt.

Quod attinet ad Genera nominum: Nomina deſinentia in ה et ת ſunt plerumque foeminini generis; terminantia in aliqua alia litera, maſculini generis. Sed ab his multae ſunt exceptiones.

Maſculina cenſentur ſequentia, ſignificatione et natura ſubjecti:

1. Propria Virorum nomina, ut דָּוִיד *David*.

2. Virilium Officiorum, etiam ſub terminatione foeminina; ut קֹהֶלֶת *Eccleſiaſtes*, פֶּחָה *Praefectus*. Sed in his ſynthesis.

3. Populorum, ut אֱדוֹם *Idumaei*.

4. Fluviorum, ut פְּרָת *Euphrates*, יַרְדֵּן *Jordanes*.

5. Montium, ut כַּרְמֶל *Carmelus*.

6. Menſium, ut נִיסָן *Niſan* (*d*).

Termi-

(*c*) Multa ſunt adjectiva in omnibus linguis, quorum longus uſus effecit, ut ſubſtantivum, ſine diſpendio ſenſus, omitti poſſit. Ita *ſervus*, qui olim *ſervus homo*; *ſerpens*, olim *ſerpens beſtia*. Sic apud Hebraeos, עֹרֵב *corvus*, propriè *nigrans*, בְּהֵמָה propriè *bruta*, ſcil. *beſtia*.

(*d*)

Terminatione censentur esse masculina:

1. Quae litera radicali terminantur, ut דָּבָר *verbum*, מֶמְשָׁל *dominium*.

2. Quibus ה servile, antecedente *saegol*, additum, ut אִשֶּׁה *holocautoma*.

3. Desinentia in י servili, ut עִבְרִי *Hebraeus*.

4. Quae exeunt in ם servili, ut פִּדְיוֹם *redemptio*.

5. Item quae in ן servili, ut שֻׁלְחָן *mensa*, רָצוֹן *voluntas*.

Foeminina sunt significatione:

1. Nomina propria Mulierum, ut רָחֵל *Rachel*.

2. Muliebrium Officiorum, etiam sub terminatione masculina, ut שֵׁגָל *conjux regia*.

3. Nomina Regionum, etiam sub terminatione masculina, ut מוֹאָב *Moab*, *Moabitis*.

4. Etiam Urbium, ut חֶבְרוֹן *Hebron*.

5. Membrorum corporis, cum etiam desinunt in litera radicali; ut בֶּטֶן *venter*, אֹזֶן *auris*, עַיִן *oculus*.

Sequentia terminatione foeminina sunt:

1. Desinentia in ה servili et quiescenti, antecedente *kametz* acuta; ut בִּכּוּרָה *fructus praecox*, חָכְמָה *sapientia*.

2. Terminantia in ת servili, penacuta, habente ante se geminum *saegol*, vicariumve *patach*; ut et *tzeri*, aut *cholem*, in penultima; ut מַמְלֶכֶת et מַמְלֶכֶת *regnum*.

3. Sine contractione etiam, ex Chaldaismo, nudum ת, antecedente *kametz* aut *patach*, ut זִמְרָת *canticum*: etiam ת praeformativum aliquando foemininum genus notat, ut תֵּבֵל *terra frugifera*.

Communis

(*d*) Origo nominum mensium adjectiva est, ad חֹדֶשׁ *mensem* facta adjectione: ut Latinis quoque Martius, Aprilis, &c. Notandum etiam, quod אֲמָנָה *Amana*, fluvius Damasci, 2 Reg. v. 12. etiamsi terminatione sit foeminina, tamen jungitur cum adjectivo masculino: ut apud Latinos, *Magnus Garumna*; ubi etiam synthesis locum habet.

Communis generis sunt:

1. Illa nomina quae, sub una terminatione, utrumque genus admittunt: ut גָּמָל *camelus*, דֹּב *ursus*.

2. Pleraeque etiam formae *saegolatae*; ut נֶפֶשׁ *anima*, שֶׁמֶשׁ *sol*.

3. Etiam multa participia formae פֹּקֵד; ut חָצֵר *atrium*, propriè *secludens*.

4. Numeralia, ut עֶשְׂרִים *viginti*.

Quae, sub una terminatione et uno genere, utrumque sexum notent, *epicoena* vocantur; ut בָּקָר *bos*, אַלּוּף item *bos*: hinc Psal. cxliv. 14. *boves onusti*, pro *onustae*, *gravidae*; vid. Job. xxi. 20. *bos ejus concipit*: sic חֲסִידָה *ciconia*; Hebraeis, *pia avis*.

Motio vocatur, Flexio è masculino in foemininum, addita terminatione foeminina: quae duplex; ה quiescens in *kametz*; et ת variè cadens, plerumque antecedente *saegol*. Prior, semper acuta; altera, penacuta: ut a פּוֹקֵד *visitans*, masc. פּוֹקֶדֶת, et פּוֹקְדָה; a מִמְשָׁל *dominium*, sub. masc. fit מֶמְשֶׁלֶת, et מֶמְשָׁלָה *dominatio*, a בָּהֵם *brutus*, בְּהֶמֶת et בְּהֵמָה *bruta*, *pecus* (*e*). Haec

(*e*) 1mo, Haec gemina terminatio jure accedere potest ad omne adjectivum, nisi sequentia obstacula sint, 1. Cum longa vocalis sit; quae mutari nequeat, ne characteristica vocis destrueretur: ut פָּקוּד *visitatus*, פְּקוּדָה *visitata*, non פְּקֻדֶת; ne *schurek*, character part. pass. periret. Sic טוֹב *bonus*, habet tantum טוֹבָה *bona*: צַדִּיק *justus*, צַדִּיקָה, nunquam צַדֶּקֶת. 2. Si *scheva* quiescens in penultima sit; ut קָטֹן *parvus*, קְטַנָּה *parva*: נִגְלָה habet tantum נִגְלָה; quia praecedit *scheva* quiescens.

2do, Gemina haec terminatio foeminina etiam substantivis additur; ut עֲטָרָה ac עֲטֶרֶת *corona*, ab עָטַר. Idem obstaculum hîc ac in adjectivis, ob vocalem longam immutabilem; ut דָּג *piscis*, tantum habet דָּגָה; et מֶלֶךְ *Rex*, tantum מַלְכָּה *Regina*.

3tio, Hinc analogia quorundam nominum foeminini generis apparet. Cum enim foemininum, quod terminatur in ת cum gemino *saegol* antecedente, ו vel י ante ת habeat, tum וֶת contracta fuit in וּת vel וֹת, et יֶת in ית: ita אָחוֹת est pro אָחֶוֶת ab אָח *frater*, a them. אָחוּ et אָחִי; unde in foem. fit אֲחִיָּה, et in plur. אֲחָיוֹת *sorores*: similiter גָּלוּת, ex גָּלֶוֶת ortum; et תַּבְנִית ex תַּבְנֶיֶת *exemplar*.

Haec autem regula, apud Hebraeos, obtinet, de Numeris qui totidem sunt ac apud Graecos :

1. Nomina masculina formant pluralem numerum addendo (ִים) singulari ; ut מֶלֶךְ *Rex*, מְלָכִים *Reges*, טוֹב *bonus*, טוֹבִים *boni*. Aliquando (ִין); ut מְלָכִין *Reges*, Prov. xxxi. 3. אִיִּן *insulae*, ab אִי, Ezech. xxvi. 18. Hae verò Chaldaicae formae habentur.

Dualis numerus formatur addendo singulari (ַיִם) penacutum ; ut יוֹם *dies*, יוֹמַיִם *duo dies* ; סִיר *olla*, סִירַיִם *duae ollae*.

2. Nomina foeminina pluralem formant addendo וֹת vel ֹת nominativo singulari, extruso (ָה) cum adsit ; quia *He* foemininum perit cum *kametz* suo, cum in medio quiescere nequeat : ut טוֹבָה *bona*, טוֹבוֹת et טוֹבֹת *bonae* ; דּוֹר *generatio*, דּוֹרוֹת, et, in defectiva forma, דּוֹרֹת *generationes*.

In duali, nullum generis discrimen adest ; et, tum masculinis tum foemininis, peraeque additur (ַיִם) : nisi quod *He* foemin. quiescere nequit ; et, ad motum servilem exserendum, mutatur in *Thau*, quod est etiam altera terminatio foeminina (*f*).

L Nullos

(*f*) Dualis numerus aliquando desinit in (ֵים), per *Jod* quiescens in *tzeri*; ut שְׁנֵים pro שְׁנַיִם *duo*, et שְׁתֵים pro שְׁתַּיִם *duae*: hoc videtur obtinuisse ex dialecto Syriaca. Quaedam pluralia sunt, quae, per accidens, dualem terminationem habent ; ut שָׁמַיִם *coeli*, pro שְׁמָיִים *regiones sublimiores*, a שָׁמַי *sublimis fuit*. Hoc accidit in illis nominibus quae habent tertiam radicalem ה quiescentem pro י. Sic etiam יְרוּשָׁלַיִם pro יְרוּשָׁלֵים compos. ex יָרַשׁ *possedit*, et שָׁלֵה *liquido tranquillus*: hinc שְׁלַיִם pro שְׁלֵיִים vel שְׁלֵיִם. Sic יְרוּשָׁלַיִם propriè significat *possessionem liquido tranquillorum*.

2. Nonnunquam exstant etiam pluralia pluralibus orta, 1. Ex duali terminatione addita plur. foem. in חוֹמֹתַיִם Esa. xxii. 11. *duo moenia*: sic etiam בָּמָה *celsa*, in plur. בָּמוֹת ; et hinc in plurali בָּמוֹתֵי et בָּמוֹתִים. Sed haec, secundum analogiam, formari possint a בָּמוֹת contractè pro בָּמָוֹת. Multi Grammatici, anomaliam

Nullos obliquos casus habent Hebraei: namque eadem est terminatio omnium casuum quae fuit nominativi, in omnibus numeris. Vis tamen et potestas casuum, ut a nulla lingua abest, ita, in Hebraeis, satis curiosa; et, quantum forma vocum permitteret, definitur. Antiquissimae linguae,

anomaliam in variis vocibus, contra analogiam linguae Hebraeae, sine ulla justa causa, admittunt; affirmantes, eas esse masculini generis in sing. et foem. gen. in plurali: sed, in exemplis allatis, videtur exstitisse, tum mas. tum foem. in utroque numero. Sic, קוֹלוֹת *voces, tonitrua*, est plur. a קוֹלָה, et non a קוֹל. Similiter, אָבוֹת videtur esse sing. foem. contractum pro אֲבָוָה *series patrum, paternitas*; qua voce utuntur Hebraei ad avos proavosque significandos: vel potest esse plur. foem. ab אֲבָוָה, unde in plur. אֲבָווֹת contr. אָבוֹת per quietem tertiae radicalis. Eadem anomalia regnat in נָשִׁים *mulieres*, pro regulari forma נָשׁוֹת a radice נָשָׁה *oblitus fuit*; unde נֶשֶׁו *oblivio*; hinc in plur. נְשָׁוִים vel נָשִׁים *obliviones*: hinc *mulieres* nominantur, quod nomina illarum in mariti familia absorpta sint; ut apparet ex Arabica. Quod ad אֵילִים, non ab אֵילָה, sed a mas. אַיִל; item בֵּיצִים non a בֵּיצָה sed a mas. בֵּיץ *ovum*; sic לֵילוֹת, non a לַיִל, sed a לַיְלָה *nox*: sic etiam שֵׁמוֹת non a שֵׁם, sed a שֵׁמָה *nomen*.

3. Quaedam nomina masculina dicuntur habere masculinum et foemininum pluralem; ut לֵבָב *cor*, in plur. לְבָבִים et לְבָבוֹת. Sed posterior, procul dubio, a לְבָבָה; vid. contractam formam, Ezech. xvi. 30. Psal. vii. 10. Eodem modo analogia servanda in גְּבוֹת *eminentiae*, a גַּבָּה, et non a גַּב; sic אֵימוֹת, ab אֵימָה *formido*; שָׁנוֹת a שָׁנָה *annus*; propriè, *mutans*.

4. De nominibus quae, secundum grammaticos, singularia tantum sunt, vel dualia, vel pluralia, analogiae et naturae uniuscujusque linguae attendendum est: nam, uti Latini, in virtutibus et vitiis, elegantissimè, *inimicitias, perfidias*, &c. usurpant; sic Hebraei, תְּבוּנוֹת *intelligentias*, כְּעָסִים *iras*, חֲסָדִים *pietates*, et talia nomina varios *affectus* et *habitus* significantia. Membra corporis, quae gemina finxit Natura, dicuntur esse dualia tantum; ut מָתְנַיִם *lumbi*: sed, vivente lingua, exstitit מֹתֶן *lumbus*, et etiam pluralis. Sic etiam מְתִים *homines*, potius *sodales, affines*, a sing. מְתָה; פָּנִים *facies*, a פָּנָה *vertens, respiciens*; חַיִּים a חַי *vita*, a חָיָה *vixit*.

guae, mutationem terminationis caeterorum casuum a recto, ignorâsse videntur.

Obliqui casus, certis quibusdam particulis, ut aliae linguae, a se invicem saepe distinguuntur.

Nominativum indicat syntaxeôs ratio.

Particula שֶׁל inter notas genitivi recensetur: conflata est ex שֶׁ, ab אֲשֶׁר pron. relat. et ל dat. signo: unde שֶׁלִּי propriè, *quod mihi*. Vid. Ecclef. viii. 17. בְּשֶׁל אֲשֶׁר יַעֲמֹל *ejus causa, quod elaborat*, i. e. *in quantum ad id elaborat*.

Genitivus saepissimè ex arctiore duarum vocum constructione, et quasi conjunctarum per acceleratam pronuntiationem prioris, percipitur; ut רוּחַ אֱלֹהִים *Spiritus Dei*, הַר קֹדֶשׁ *mons sanctitatis*. Vis genitivi addita vocibus posterioribus, per pronuntiationem prioris acceleratam.

Dativus notatur ferè per praep. לְ, quae *tendentiam* infert; ut תֵּן לַמֶּלֶךְ *da Regi*, אָמַר לִי *dixit mihi*.

Accusativus dignoscitur, 1. Per particulam אֵת; e. g. בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ׃ *In principio, creavit Deus coelos et terram*, Gen. i. 1. Nominativus percipitur per syntaxin; accusativus, adjecto אֵת, astringitur ad praecedens *creavit*; et ablativus, ex praep. ב *in*, agnoscitur. 2. Accusativus indicatur per varias praepositiones, praesertim אֶל *ad*, et עַל *super*.

Vocativo praefigitur saepissimè ה emphaticum, sive articulus; ut הַמֶּלֶךְ *ô Rex*, הַיָּם *ô mare*, Psal. cxiv. 5.: saepe tamen nullam propriam notam, praeter sensum et seriem sermonis, habet.

Ablativus etiam dignoscitur per מִן et מִ, *ex, ab, de*; etiam per עִם *cum*; אֵת, עַל *super*; ב *in*; aliquando, illis omissis. 2. Per ellipsin, ut כָּל הַיּוֹם *toto die*, pro בְּכָל *in toto*; sic בֵּית אֱלֹהִים *domo Dei*, pro בְּבֵית *in domo*: etiam, per paragogen, יוֹמָם וָלַיְלָה *die et nocte*, &c.

APPEN-

APPENDIX.

De Nominum Derivatione, ex variis conjugandi Speciebus.

DERIVATIO, in omnibus Linguis, antiquis et recentibus, analogiam maximè illuſtrat. In genere, quaedam jam dicenda ſunt, quae tyro Hebraeus intelligere debeat, poſtquam verba calluerit. Per *Derivationem*, nunc intelligimus, ſtrictiore ſenſu, Deductionem Nominis a primigenio themate, quod *Radicem* vocant, Ea, pro indole L. L. O. O. eſt Verbum ſimplex, tribus literis conſtans, et quidem in 3tia Praet. *Kal*, vel potius in Infinitivo ejuſdem Conjugationis. Is cum Praet. fermè conſonat, in פָּקַד *inſpexit*, et פְּקֹד *inſpicere*, exiens. Unumquodque Nomen Hebraicum, a Verbo, tanquam primaria radice, derivatur: omniſque forma Conjugationis ſuas propagines fundit, eo charactere inſignitas, quem quaeque Species Conjugationis poſſidet. Quidam Grammatici volunt, Nomina interdum radicis fontem eſſe, et Verbo originem dare; ut אֹזֶן *auris*, propagavit. אִזֵּן in *Pih.* et הֶאֱזִין *aures praebuit:* ſed אֹזֶן haud dubiè ab אָזַן, quae floruerat, vigente lingua, quaeque adhuc uſurpatur apud Arabes, أذن. Si analogiae auſcultemus, *thema* nullum agnoſcetur, niſi in Infinitivo 1mae Conjugationis: etiamſi tota fortè illa Conjugatio in reliquiis Biblicis non compareat. Obſervandum eſt, non tantum primam Speciem Verbi ſua derivata habere, ſed unamquamque proprias derivationes ſibi arrogare. Sic nomina, quibus *Nun* praeponitur, ex *Niphhal* deſcendunt; ſic נַפְתּוּל *lucta*, ex פָּתַל *torſit*. Ex *Pihhel*, quicquid *dageſch* forte in medio habet, vel explicitum, vel implicitum, cum punctis *a*, *e*, *i* ad primam ſyllabam; ut חֵרֵשׁ pro חֵרֵּשׁ *ſurdus*. Ex *Pyhhal*, quicquid item in medio *dageſchatum*, cum *o* et *u* ad primam ſyllabam; ut סֻלָּם *ſcala*. Ex *Hiphhil* quae veniunt, characteriſtica *He* augentur ad initium cum ſono *a*, rarius *e* et *i*: *He* tamen ab literis אתין et מ participiali ſaepiſſimè ſe excludi patitur; ut מַפְתֵּחַ *clavis*. Quae ex *Hophhal* oriuntur, ſub iſto *He* requirunt *o* et *u*. Denique, *Hithpahhel* poſtulat, cum duplicata media, anteunte *patach*, praemiſſam ſyllabam הִתְ, ut in הִתְחַבְּרוּת *conſociatio*; aliaeque Species Conjugationis olim extitere, quae etiam ſuas propagines ſuperſtites reliquere.

Ex *Kal*, ſive *Pahhal*, naſcitur plurima ſeges nominum, cùm ſubſtantivorum, tùm adjectivorum:

1. Servatis tribus radicalibus, ſine additione vel detractione, variantibus

riantibus tamen punctis; ut מֶלֶךְ *Rex*, a מָלַךְ *regnavit*; inde etiam מַלְכָּה *Regina*.

2. Detractione radicalis unius, sive per defectum, sive per quietem; ut לֵב *cor*, pro לֵבָב a לָבַב, ex defectiva media; אָב pro אָבָה *pater*, ab אָבָה, ex quiete tertiae *He*, pro *Jod*, vel *Waw*; נֵר *lucerna*, quae et נִיר, a נִיר et נוּר *lucere*, ex quiescente media.

3. Additione literae servilis, sive hiemanticae, unius, aut plurium; ut מִמְשָׁל *dominium*, maſ. generis, מֶמְשָׁלָה et מֶמְשָׁלָה *dominium*, foem. generis, a מָשַׁל *dominari*.

4. Additione et detractione simul; ut מֵסַב *circuitus*, pro מְסָבָב a סָבַב *circuivit*; מְגִלָּה *volumen*, pro מְגִלָּלָה a גָּלַל *volvit*; עֵדָה *coetus*, a יָעַד *condixit*: uti etiam עֵדָה *testimonium*, a עוּד *testatus est*; תֵּת *dare*, pro תֶּנֶת a נָתַן *dedit*; לֵת *parere*, pro לֶדֶת a יָלַד *peperit*; אֱמֶת *veritas*, pro אֱמֶנֶת ab אָמַן *firmus fuit*; בַּת *filia*, pro בָּנֶת a בָּנָה *aedificavit*; unde בֵּן *filius*.

Quaedam formae derivatorum nudae sunt; aliae auctae per literas serviles. Nudae sunt, hae formae quae constant tantum literis radicalibus: derivatae verò formae sunt, quae habent sibi literas serviles adjunctas; nempè, הֶאֱמַנְתִּי vulgò *heemanticas* dictas.

Hae omnes literae a principio accedere possunt: viz. א in אֶצְבּוֹעַ *digitus*, a צָבַע *tinxit*; אֶגְרֹף *pugnus*, a גָּרַף *attraxit*; אַכְזָב *valde mendax*, a כָּזַב *mentitus est*; אֵיתָן *peremissimus*, a יָתַן *perennis fuit*.

ה in הַרְבֵּה *multum*, a רָבָה *multiplicatus est*.

י in יִצְהָר *oleum*, a צָהַר *splenduit*; יַחְמוּר capreae species, a חָמַר *rubuit*; יַלְקוּט *pera*, a לָקַט *collegit*.

מ in מִזְמוֹר *psalmus*, a זָמַר *incidit*, *caesuras fecit*; מִשְׁפָּט *judicium*, a שָׁפַט *judicavit*, propriè *aequavit*; מִמְשָׁל *dominium*, a מָשַׁל *dominari*; מַפְתֵּחַ *clavis*, a פָּתַח *aperuit*.

נ in נַפְתּוּל *lucta*, a פָּתַל *torquere*; נִמְרֹד *Nimrod*, quasi a מָרַד *rebellavit*.

ת in תַּגְמוּל *retributio*, a גָּמַל *retribuit*; תְּפִלָּה *precatio*, a פָּלַל *judicavit*; תַּרְבִּית *foenus*, a רָבָה *multiplicatus fuit*; תּוֹרָה *lex*, a יָרָה *jaculatus est ad scopum*; תּוֹשָׁב *inquilinus*, a יָשַׁב *insedit*; תֶּבֶל *confusio*, a בָּלַל *miscuit*, *maceravit*.

Quaedam

Quaedam literae ſunt propriè augmenta, i. e. Notae Charact. Conj. vel modi vel temporis: nempè, ה ſignat Conjug. *Hiphhil*; נ aliquando *Niphhal*; מ Participia et Infinitivum.

Literae אתין Futurum notant, ſecundum diverſas perſonas. Qui callent Conjugationum normam, facillimè indolem ac poteſtatem derivati penetrabunt.

Omnes etiam hae literae adjectae ſunt fini; ſed diverſa ratione: א in שְׁנָא *ſomnus*, pro שֵׁנָה a יָשֵׁן *dormitavit*: ex Chald. dialecto; ubi, pro *He* foeminino, aſſumitur *Aleph*.

ה, antecedente *kametz*, efficiens genus foemininum; ut מַלְכָּה *Regina*, a מֶלֶךְ *Rex*; חָכְמָה *ſapientia*, a radice חָכַם *ſolide compactus fuit*.

י, praemiſſo *chirek*, conſtituit ferè adjectiva, et quidem patronymica, gentilia, poſſeſſiva, &c. ut עִבְרִי *Hebraeus*, חָפְשִׁי *libertate donatus*, a חֹפֶשׁ *libertas*; מְרִירִי *amarulentus*, quod a מָרִיר *amarus*, quod a מָרַד *amarum eſſe*. Numeralia etiam ſic exeunt; שְׁלִישִׁי *tertius*, a שָׁלִישׁ *tres*, cujus radix שָׁלַשׁ; et רְבִעִי *quartus*, a רְבִיעַ, cujus radix רָבַע *cubuit*; כִּילַי *avarus*. Adjectiva reliqua formae עָנִי *afflictus*, a radice עָנֵי *afflixit*.

ם, antecedente *cholem*; ut פִּדְיוֹם *redemptio*; מְתֹם *univerſitas hominum*, a radice מַתָּה.

ן format ſubſtantiva et adjectiva, antecedente *cholem* et *kametz*: ut פִּקָּדוֹן *depoſitum*, רִקָּבוֹן *putredo*, זִכָּרוֹן *memoriale*; ex *Pihhel*, שֻׁלְחָן *menſa*, קָרְבָּן *oblatio*, &c. Adjectiva ſunt עֶלְיוֹן *altiſſimus*, רַחְמָן *miſericors*.

ת, altera terminatio foeminini generis; ut בְּהֶמֶת *beſtia*, quae aliàs בְּהֵמָה a maſ. בָּהָם a radice בָּהַם *brutus fuit*; מַלְכוּת *regnum*, a מָלַךְ *regnavit*.

A principio et fine ſimul accedunt; e. g. מֶמְשֶׁלֶת et מֶמְשָׁלָה *dominatio*, תִּפְאָרָה et תִּפְאֶרֶת *ornamentum*, a פָּאַר *decere*; מַתָּנָה et מַתֶּנֶת *donatio*, a נָתַן *dedit*: hinc מַתַּת Eccleſ. v. 18. contractum pro מַהֲנֶתֶנֶת.

Quidam adjiciunt, literis *heemanticis*, ל; ſed ſine jure: nam לְאוֹם propriè *natio foederata*, eſt vox formata, inſerto ו inter ſecundam et tertiam radicalem, a לָאַם *conglutinatus fuit*; et non ab אמם. Melius שׁ adjeciſſent, ortum ex pron. relat. hinc שַׁלְהֶבֶת *flagrantia vehemens*, a ſpecie conjugandi antiqua, שַׁלְהֵב *valde* vel *ſane flagravit*, a לָהַב.

Gradus

Gradus Comparationis, apud Hebraeos, non per terminationis variationes fiunt; sed, simplici et facili modo, hae ideae exprimuntur periphrasi aut duarum vocum constructione.

1. Comparativus gradus dignoscitur ex praepositione מִן, quatenus *prae* significat; ut Job. i. 3. גָּדוֹל מִכָּל־־בְּנֵי־־קֶדֶם *magnus prae omnibus* filiis *Orientis*: vel *ex omnibus*. Sic Hab. i. 7. קַלּוּ מִנְּמֵרִים *leves sunt ex pardis*, i. e. prae *pardis*.

2. Plena vis comparativi exprimitur per יוֹתֵר מִן *excellens, ex, prae*.

3. Vis comparationis apparet sub negativa לֹא *non*; ut Esa. li. 2, שְׁכֻרַת וְלֹא מִיָּיִן *ebria et non vino*, i. e. multo magis inebriata quam vino, Job. xxx. 28. בְּלֹא חַמָּה *et non sole*, i. e. *atratus incedo, interiore aestu cordis ac viscerum penitus exustus, etiam longe magis quam qui sole ferventissimo*. Vid. Esa. xlviii. lix. 5. Ezech. vii. 7. Ita dicunt Arabes, *Sapiens, et non ut Lockmanus*, pro *incomparabiliter sapientior*; *Dives, et non ut Korachus*, i. e. *Croesus*, pro *longe ditior*.

4. Sunt quidam qui etiam עִם *cum*, comparationi inserviisse existiment; ut Job. ix. 26. *dies mei praetervecti* עִם *cum*, i. e. prae *navibus papyraceis*.

I. Superlativus gradus effertur, 1. Per ה articulum; ut הָעִיר הַגְּדוֹלָה *urbs maxima*, Jon. i. 4. הַמֶּלֶךְ הַגָּדוֹל *Rex maximus*.

2. Repetitione; ut טוֹב טוֹב *bonus, bonus*, i. e. *optimus*: רַע רָע *malum, malum*, i. e. *pessimum*.

3. Praemissa negatione; לֹא טוֹב *non bonum*, i. e. *pessimum*.

4. Interveniente praepositione ב, articulo addito vel omisso; ut הַגָּדוֹל בָּעֲנָקִים *magnus inter Anakeos*.

5. Particula מְאֹד; ut תוֹב מְאֹד *bonum valde*, i. e. *optimum*.

II. Particula haecce repetita superlativum gradum emphaticè exprimit; טוֹב מְאֹד מְאֹד *bonum valde, valde*: exstat intensissimè Exod. i. 7. מְאֹד מְאֹד *nisu cum nisu*, i. e. *maximo nisu*. Vid. Ezech. ix. 9. ita מַעְלָה מַעְלָה *sursum, sursum, celsissime*, propriè *celsitatem versus, celsitatem versus*.

III. Nomina

III. Nomina ſubſtantiva formant ſuperlativum, 1. In ſtatu abſoluto, ut עֶבֶד עֶבֶד *ſervus, ſervus*, pro *viliſſimo*. 2. Saepius in conſtructo, ut עֶבֶד עֲבָדִים *ſervus ſervorum*. 3. Ejuſdem radicis derivata gemina, ut שׁוֹאָה וּמְשׁוֹאָה *vaſtatio et vaſtatio*, Job. xxx. 1. i. e. *vaſtitas vaſtiſſima*. 4. Diverſarum radicum ſynonima, ut מְטַר גֶּשֶׁם *pluvia imbris*, חֹשֶׁךְ אֲפֵלָה *horror nocturnae caliginis*. 5. Subſtantiva, loco adjectivi poſita; ut הַר־קָדְשִׁי *mons ſanctitatis meae*, pro *ſanctiſſimus meus mons*. 6. Ut etiam nomen Dei, per compoſitionem aut conſtructionem; ut שַׁלְהֶבֶתְיָה *flamma Dei*, pro *maxima*; אַרְזֵי־אֵל *cedri Dei*, pro *altiſſimae*.

He quoque paragogicum, aliquam finis variationem efficiens, cenſetur vim ſuperlativi gradus habere: quando accedit, 1. Subſtantivis, tam maſcul. quam foemin. ut מָוְתָה *mors acerbiſſima*, Pſal. cxvi. 15. a מָוֶת; נַחְלָה *torrens vehementiſſimus*, a נַחַל; יְשׁוּעָתָה *ſalus ulla*, Pſal. iii. 3. a יְשׁוּעָה; עַוְלָתָה *iniquitas ſumma*, a עַוְלָה. 2. Adjectivis; ut שְׁפָלָה *humillimum*, a שָׁפָל *humile*, Ezech. xxi. 26. בֹּעֲרָה *ardentiſſimus*. 3. Particulis; ut מַטָּה *infimè*, a מַטֶּה *deſcenſus*; quod a נָטָה *inclinavit*. 4. Verbis etiam videtur vis hujus gradus acceſſiſſe cum ה; ut נִפְלָאתָה *mirificentiſſimum fuit*, pro נִפְלְאָה, נִפְלָה 3tia foem. Praet. *Niph*. a פָּלָא.

Reſtituenda Hebraeis, forma comparativa et ſuperlativa, per *Aleph* ſervile in principio; quod אַפְעַל vocant Arabum Grammatici, ab omni radice deſcendens; ut אַכְזָב Jer. xv. 18. *mendacior*, et *mendaciſſimus*, a כָּזַב *mentitus eſt*. אֵיתָן pro אֵיתָן *perennior* et *perenniſſimus*, a יָתַן *jugiter fluxit*; אַכְזָר *maximus perfractor*, *ſaevior* et *ſaeviſſimus*, *implacabilis* et *violentiſſimus hoſtis*, a כָּזַר كسر *fregit*, *perfregit*.

Inquirendum eſt, Num ſit hujus formae אַבְרֵךְ Gen. xli. 43. ubi Rex Ægypti de Joſepho loquitur. Tum a בָּרַךְ derivaretur; et ſignificaret אַבְרֵךְ *benedictiſſimus*, i. e. *omnibus benedictionibus cumulatiſſimus alioſque cumulans*. Sic אֲתָרִים Num. xxi. 1. contractè pro אֲתוּרִים a nominat. אָתוּר ſignificaret *exploratores*, *explorantiſſimi*, a תּוּר *gyravit*, *circumivit*. Sed haec cenſurae eruditorum ſubjicienda ſunt.

Ab-

Abſolutus ſtatus nominum eſt, cùm vocabula arctiore vinculo regiminis non ſunt connexa.

Regimen, ſive Status Conſtructus, dicitur, Illa copulatio, quâ prius vocabulum ita regit poſterius, ut genitivo caſu vertendum ſit ad normam linguae Latinae: e. g. פְּרִי עֵץ *fructus arboris*; prior vox regit, poſterior regitur. Haec dicitur *eſſe in ſtatu conſtructo*; non altera: quia pronuntiatio prioris tantum acceleratur, ut ſit פְּרִי cum vocali breviſſimo, non verò פֶּרִי; poſterior verò vox eſt in ſtatu conſtructo, ordinariam ſuam formam et moram in pronuntiando retinens: niſi verò ipſa regat caſum genitivum; ut פְּרִי עֵץ הַחַיִּים *fructus arboris vitae*. Harum trium vocum pronuntiatio ſic temperanda, ut duae priores, detracto velut accentu, quàm celerrimè perveniant ad tertiam, haud ſecus ac ſi *makkaph* ſive *hyphen* intercesſerit; פְּרִי־־עֵץ־־הַחַיִּים. Nam, ſi lentius pronuntientur, in abſoluto ſtarent: ſenſuſque eſſet; *fructus*, *arbor*, *vita*, ſine ulla conſtructione. Sic raptim, per conſtructionem continuatam, exeunt hae quatuor יְמֵי־־שְׁנֵי־־חַיֵּי־־אַבְרָהָם *dies annorum vitae Abrahami*.

Simplicitas et vis Naturae apparet ex conſtructione hac et pronuntiandi ratione: ſimulque, cauſa ob quam prius vocabulum, ſi poſſit, aliquid mutationis pati debeat in literis vel vocalibus. Si poſſit, inquam: nam tum literae, tum vocales, ſaepe ſunt in conditione immutabili; פְּרִי עֵץ *fructus arboris*. Hoc fit ſaepiſſimè, quando mutatio hac de cauſa facta fuit. At, in יְמֵי שְׁנֵי־־חַיֵּי *dies annorum vitae*, et literae et vocales mutationem patiuntur; nam, in abſoluto, erat, יָמִים שָׁנִים חַיִּים *dies*, *anni*, *vita*.

Non tantum ſubſtantiva, ſed etiam adjectiva et participia hanc conſtructionem admittunt; ut גְּדוֹל הָעֵצָה *magnus conſilii*, pro גָּדוֹל; et כְּבַד פֶּה *gravis oris*, pro כָּבֵד; מְשַׂמְּחֵי לֵב *exhilarantes cordis*. Infinitiva etiam; ut שְׁתוֹת יַיִן *bibere vini*, pro שָׁתָה; קְנוֹת בִּינָה *comparare intelligentiae*, pro קָנָה. Particulae etiam plurimae, ut אֵין כֶּסֶף *non eſt argentum*, propriè, *vacuitas argenti*. Quippe ipſae inter ſubſtantiva et adjectiva, ut in aliis linguis, quae adverbiaſcunt, numerari poſſint.

Anomalia ſtatûs abſoluti, pro conſtructo, videtur quibuſdam, in Exod. xxviii. 17. טוּרִים אֶבֶן *ordines lapidum*, pro טוּרֵי; ſed potius, appoſitio, videtur eſſe.

Mutatio, tum literarum, tum vocalium, per derivationem, motionem, declinationem et conſtructionem, ſaepiſſimè fit: ſed haec, et generalis vocalium mutatio, conſideranda et illuſtranda ſunt, poſtquam de Verbis egerimus; quoniam haec, reverà, tyronibus difficiliora videntur.

Cardinales numeri, in pleriſque Grammaticis, maximâ anomaliâ laborare videntur: quum, a tribus ad decem, terminationes foemininae dicantur poni pro maſculinis; et, viciſſim, maſculinae pro foemininis.

Anomalum quoque creditur, quod formam abſolutam ac conſtructam, promiſcuè, aſſumere videatur. Ut ad juſtiſſimam anologiam reducantur, obſervandum eſt, שְׁלשָׁה שְׁלשֶׁת et שָׁלשׁ, ut et reliqua ad decem, eſſe voces ſubſtantivas, triada vel numerum ternarium ſignificantes. Harum forma foeminina, addita ſubjectis maſculinis, dictum שְׁלשֶׁת אֲנָשִׁים *trias virorum*: et, viciſſim, forma maſculina, juncta ſubjectis maſculinis, ut שְׁלשׁ נָשִׁים *trias mulierum*. Quod autem facilius reperire queas, promiſcuè, שְׁלשׁ נָשִׁים in conſtructo, et שָׁלשׁ נָשִׁים in abſoluto, obſervandum eſt, Haec pendere a ſyntaxi: nam prius erit *trias mulierum*; poſterius, *trias mulieres*, per appoſitionem: nec non שְׁלשֶׁת אֲנָשִׁים *trias virorum*, ut שְׁלשָׁה אֲנָשִׁים *trias viri*, vel *triada viros*, i. e. *tres viros*.

Ordo primus Numeralium, ab uno ad decem, ſic habet:

			In Statu Constructo			In Statu Constructo
Unus	m.	אֶחָד	אַחַד	f.	אַחַת	אַחַת
Duo	m.	שְׁנַיִם	שְׁנֵי	f.	שְׁתַּיִם	שְׁתֵּי
Tres	m.	שְׁלשָׁה	שְׁלשֶׁת	f.	שָׁלשׁ	שְׁלשׁ
Quatuor	m.	אַרְבָּעָה	אַרְבַּעַת	f.	אַרְבַּע	
Quinque	m.	חֲמִשָּׁה	חֲמֵשֶׁת	f.	חָמֵשׁ	חֲמֵשׁ
Sex	m.	שִׁשָּׁה	שֵׁשֶׁת	f.	שֵׁשׁ	
Septem	m.	שִׁבְעָה	שִׁבְעַת	f.	שֶׁבַע	שְׁבַע
Octo	m.	שְׁמֹנָה	שְׁמֹנַת	f.	שְׁמֹנֶה	שְׁמֹנֵה
Novem	m.	תִּשְׁעָה	תִּשְׁעַת	f.	תֵּשַׁע	תְּשַׁע
Decem	m.	עֲשָׂרָה	עֲשֶׂרֶת	f.	עֶשֶׂר	עֶשֶׂר

Secundus Ordo, a decem ad viginti, ita struitur :

Undecim	m.	אַחַד עָשָׂר	f.	אַחַת עֶשְׂרֵה
	m.	עַשְׁתֵּי עָשָׂר	f.	עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה
Duodecim	m.	שְׁנֵי עָשָׂר	f.	שְׁתֵּי עֶשְׂרֵה
	m.	שְׁנֵים עָשָׂר	f.	שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה
Tredecim	m.	שְׁלשָׁה עָשָׂר	f.	שְׁלשׁ עֶשְׂרֵה
Quatuordecim	m.	אַרְבָּעָה עָשָׂר	f.	אַרְבַּע עֶשְׂרֵה
Quindecim	m.	חֲמִשָּׁה עָשָׂר	f.	חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה
Sedecim	m.	שִׁשָּׁה עָשָׂר	f.	שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה
Septendecim	m.	שִׁבְעָה עָשָׂר	f.	שְׁבַע עֶשְׂרֵה
Octodecim	m.	שְׁמֹנָה עָשָׂר	f.	שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה
Novemdecim	m.	תִּשְׁעָה עָשָׂר	f.	תְּשַׁע עֶשְׂרֵה
Viginti	com.	עֶשְׂרִים		

Tertius Ordo, a viginti ad centum, sic texitur :

Viginti unus	m.	אַחַד וְעֶשְׂרִים	f.	אַחַת וְעֶשְׂרִים
Viginti duo	m.	שְׁנַיִם וְעֶשְׂרִים	f.	שְׁתַּיִם וְעֶשְׂרִים
Triginta tres	m.	שְׁלשָׁה וּשְׁלשִׁים	f.	שָׁלשׁ וּשְׁלשִׁים

Quadraginta quatuor	וְאַרְבָּעִים	אַרְבָּעָה	m.
		אַרְבַּע	f.
Quinquaginta quinque	וַחֲמִשִּׁים	חֲמִשָּׁה	m.
		חָמֵשׁ	f.
Sexaginta sex	וְשִׁשִּׁים	שִׁשָּׁה	m.
		שֵׁשׁ	f.
Septuaginta septem	וְשִׁבְעִים	שִׁבְעָה	m.
		שֶׁבַע	f.
Octoginta octo	וּשְׁמֹנִים	שְׁמֹנָה	m.
		שְׁמֹנֶה	f.
Nonaginta novem	וְתִשְׁעִים	תִּשְׁעָה	m.
		תֵּשַׁע	f.

Quartus

Anomalia ſtatûs abſoluti, pro conſtructo, videtur quibuſdam, in Exod. xxviii. 17. טוּרִים אֶבֶן *ordines lapidum*, pro טוּרֵי; ſed potius, appoſitio, videtur eſſe.

Mutatio, tum literarum, tum vocalium, per derivationem, motionem, declinationem et conſtructionem, ſaepiſſimè fit: ſed haec, et generalis vocalium mutatio, conſideranda et illuſtranda ſunt, poſtquam de Verbis egerimus; quoniam haec, reverà, tyronibus difficiliora videntur.

Cardinales numeri, in pleriſque Grammaticis, maximâ anomaliâ laborare videntur: quum, a tribus ad decem, terminationes foemininae dicantur poni pro maſculinis; et, viciſſim, maſculinae pro foemininis.

Anomalum quoque creditur, quod formam abſolutam ac conſtructam, promiſcuè, aſſumere videatur. Ut ad juſtiſſimam anologiam reducantur, obſervandum eſt, שְׁלֹשָׁה שְׁלֹשֶׁת et שָׁלֹשׁ, ut et reliqua ad decem, eſſe voces ſubſtantivas, triada vel numerum ternarium ſignificantes. Harum forma foeminina, addita ſubjectis maſculinis, dictum שְׁלֹשֶׁת אֲנָשִׁים *trias virorum*: et, viciſſim, forma maſculina, juncta ſubjectis maſculinis, ut שָׁלֹשׁ נָשִׁים *trias mulierum*. Quod autem facilius reperire queas, promiſcuè, שְׁלֹשׁ נָשִׁים in conſtructo, et שָׁלֹשׁ נָשִׁים in abſoluto, obſervandum eſt, Haec pendere a ſyntaxi: nam prius erit *trias mulierum*; poſterius, *trias mulieres*, per appoſitionem: nec non שְׁלֹשֶׁת אֲנָשִׁים *trias virorum*, ut שְׁלֹשָׁה אֲנָשִׁים *trias viri*, vel *triada viros*, i. e. *tres viros*.

Ordo primus Numeralium, ab uno ad decem, ſic habet:

Unus	m.	אֶחָד	In Statu Constructo	אַחַד	f.	אַחַת	In Statu Constructo	אַחֲדַת
Duo	m.	שְׁנַיִם		שְׁנֵי	f.	שְׁתַּיִם		שְׁתֵּי
Tres	m.	שְׁלֹשָׁה		שְׁלֹשֶׁת	f.	שָׁלֹשׁ		שְׁלֹשׁ
Quatuor	m.	אַרְבָּעָה		אַרְבַּעַת	f.	אַרְבַּע		
Quinque	m.	חֲמִשָּׁה		חֲמֵשֶׁת	f.	חָמֵשׁ		חֲמֵשׁ
Sex	m.	שִׁשָּׁה		שֵׁשֶׁת	f.	שֵׁשׁ		
Septem	m.	שִׁבְעָה		שִׁבְעַת	f.	שֶׁבַע		שְׁבַע
Octo	m.	שְׁמֹנָה		שְׁמֹנַה	f.	שְׁמֹנֶה		שְׁמֹנֶה
Novem	m.	תִּשְׁעָה		תִּשְׁעַת	f.	תֵּשַׁע		תְּשַׁע
Decem	m.	עֲשָׂרָה		עֲשֶׂרֶת	f.	עֶשֶׂר		עֶשֶׂר

Secundus Ordo, a decem ad viginti, ita ſtruitur :

Undecim	m.	אַחַד עָשָׂר	f.	אַחַת עֶשְׂרֵה
	m.	עַשְׁתֵּי עָשָׂר	f.	עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה
Duodecim	m.	שְׁנֵי עָשָׂר	f.	שְׁתֵּי עֶשְׂרֵה
	m.	שְׁנֵים עָשָׂר	f.	שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה
Tredecim	m.	שְׁלֹשָׁה עָשָׂר	f.	שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה
Quatuordecim	m.	אַרְבָּעָה עָשָׂר	f.	אַרְבַּע עֶשְׂרֵה
Quindecim	m.	חֲמִשָּׁה עָשָׂר	f.	חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה
Sedecim	m.	שִׁשָּׁה עָשָׂר	f.	שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה
Septendecim	m.	שִׁבְעָה עָשָׂר	f.	שְׁבַע עֶשְׂרֵה
Octodecim	m.	שְׁמֹנָה עָשָׂר	f.	שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה
Novemdecim	m.	תִּשְׁעָה עָשָׂר	f.	תְּשַׁע עֶשְׂרֵה
Viginti	com.	עֶשְׂרִים		

Tertius Ordo, a viginti ad centum, ſic texitur :

Viginti unus	m.	אַחַד וְעֶשְׂרִים	f.	אַחַת וְעֶשְׂרִים
Viginti duo	m.	שְׁנַיִם וְעֶשְׂרִים	f.	שְׁתַּיִם וְעֶשְׂרִים
Triginta tres	m.	שְׁלֹשָׁה וּשְׁלֹשִׁים	f.	שָׁלֹשׁ וּשְׁלֹשִׁים

Quadraginta quatuor	וְאַרְבָּעִים	אַרְבָּעָה	m.
		אַרְבַּע	f.
Quinquaginta quinque	וַחֲמִשִּׁים	חֲמִשָּׁה	m.
		חָמֵשׁ	f.
Sexaginta ſex	וְשִׁשִּׁים	שִׁשָּׁה	m.
		שֵׁשׁ	f.
Septuaginta ſeptem	וְשִׁבְעִים	שִׁבְעָה	m.
		שֶׁבַע	f.
Octoginta octo	וּשְׁמֹנִים	שְׁמֹנָה	m.
		שְׁמֹנֶה	f.
Nonaginta novem	וְתִשְׁעִים	תִּשְׁעָה	m.
		תֵּשַׁע	f.

Quartus

Quartus Ordo, a centum ad centies centum, ita procedit:

100	מֵאָה	1000	אֶלֶף
200	מָאתַיִם	2000	אַלְפַּיִם
300	שְׁלֹשׁ מֵאוֹת	3000	שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים
400	אַרְבַּע מֵאוֹת	4000	אַרְבַּעַת אֲלָפִים
500	חֲמֵשׁ מֵאוֹת	5000	חֲמֵשֶׁת אֲלָפִים
600	שֵׁשׁ מֵאוֹת	6000	שֵׁשֶׁת אֲלָפִים
700	שְׁבַע מֵאוֹת	7000	שִׁבְעַת אֲלָפִים
800	שְׁמֹנֶה מֵאוֹת	8000	שְׁמֹנַת אֲלָפִים
900	תְּשַׁע מֵאוֹת	9000	תִּשְׁעַת אֲלָפִים

Habent *dagesch* forte implicitum אַחַד et אֶחָד *semel*; exstat חַד Ezech. xxxiii. 30.: hoc etiam tritissimum apud Aramaeos; שְׁתֵּי et שְׁתַּיִם pro שְׁנְתַּיִם; שְׁלֹשִׁים non a שְׁלֹשָׁה sed a שָׁלֹשׁ regulariter. Similiter אַרְבָּעִים ab אַרְבַּע: sic חֲמִשִּׁים a חָמֵשׁ. שֵׁשׁ *sex*, est contractum ex שֶׁדֶשׁ; et שִׁשָּׁה ex שִׁדְשָׁה 2 Sam. xxi. 9. Pro שִׁבְעַת arguit שִׁבְעָתָם *heptas illorum*; שְׁמֹנֶה habet *He* masculinum; hinc שְׁמֹנִים. Sic תִּשְׁעִים a תֵּשַׁע: a עֶשֶׂר descendunt formae עֶשְׂרֵת et עֲשָׂרָה; a עֶשֶׂר fit עֶשְׂרִים. Omnes hae formae masculinae auctis ad decuplum numeris consignandis aptissimae. *Centum* מֵאָה foem. a masc. מֵאֶה a rad. מָאָה cum tertia *Jod*; מָאתַיִם *ducenti*, est ex מְאָתַיִם: anomalum creditur מֵאיוֹת 2 Reg. xi. 4. sed secundum analogiam fit a מְאַי.

Myrias, a densa multitudine, רְבָבָה in plur. רְבָבוֹת constructè רִבְבוֹת Num. x. 36. *myriades millium Israelis.* Exstat etiam in formâ defectiva, רִבָּה plur. רִבּוֹת Nehem. vii. 71. שְׁתֵּי רִבּוֹת *duae myriadum.* Est etiam forma רִבּוֹא vel רִבּוֹ *myrias,* cum plur. רִבְּאוֹת *myriades*; hinc שְׁלֹשׁ רִבּוֹת *trias myriadum*: atque ita porro ad עֶשֶׂר רִבְּאוֹת *decada myriadum.*

Ordinales

Ordinales Numeri sic se habent:

	Masc.	Foem.
Primus	רִאשׁוֹן	רִאשׁוֹנָה
Secundus	שֵׁנִי	שֵׁנִית
Tertius	שְׁלִישִׁי	שְׁלִשִׁית
Quartus	רְבִיעִי	רְבִיעִית
Quintus	חֲמִישִׁי	חֲמִישִׁית
Sextus	שִׁשִּׁי	שִׁשִּׁית
Septimus	שְׁבִיעִי	שְׁבִיעִית
Octavus	שְׁמִינִי	שְׁמִינִית
Nonus	תְּשִׁיעִי	תְּשִׁיעִית
Decimus	עֲשִׂירִי	עֲשִׂירִית

CAPUT VII.

De Pronominibus.

PRONOMINA dividuntur in *Separata* et *Affixa:* Haec ita vocari solent, quod, a fine nominum, verborum et praepositionum, conjungantur. Pronomina separata in quatuor classes dividuntur; Personalia, Demonstrativa, Relativa et Interrogativa.

I. Per-

Reliqua numeratio per Cardinales formas efficitur: struitur tamen et בִּשְׁנַת שְׁתַּיִם pro *anno secundo*, et בִּשְׁנַת שֶׁבַע pro *anno septimo*: רִאשׁוֹן propriè *princeps*, *capitalis*, a veteri רָאשׁ; unde רֹאשׁ dedit רֵאשִׁית *principium*. Dicitur אֶחָד *unus*, pro *primo*, Gen. i. 5. שֵׁנִי est per *Jod* servile, ex שֵׁנַיִי; ejus foem, est שֵׁנִית שֵׁנִיָּה; unde שֵׁנִית. Etiam שְׁלִישִׁי per *Jod* servile, cujus foem. שְׁלִישִׁיָּה Esa. xix. 24. et שְׁלִישִׁית quod mox in quietem cadit in שְׁלִשִׁית a mas. שָׁלִישׁ part. altero passivo.

I. Perſonalia ſunt tria, ut in aliis linguis; maſculinum verò a foeminino, extra primam perſonam, diſtinguitur.

1. *Singularis.* — *Pluralis.*

Com. gen.			Com. gen.		
Nom.	אָנֹכִי אֲנִי	*Ego*	Nom.	אֲנוּ נַחְנוּ אֲנַחְנוּ	*Nos*
Gen.	שֶׁלִּי	*mei*	Gen.	שֶׁלָּנוּ	*noſtrûm*
Dat.	לִי	*mihi*	Dat.	לָנוּ	*nobis*
Accuſ.	אוֹתִי	*me*	Accuſ.	אוֹתָנוּ	*nos*
Abl.	מִמֶּנִּי	*à me:*	Abl.	מִמֶּנּוּ	*à nobis.*

2. *Singularis.* — *Pluralis.*

Masc.			Masc.		
Nom.	אַתָּה vel אַתְּ	*Tu*	Nom.	אַתֶּם	*Vos*
Gen.	שֶׁלְּךָ	*tui*	Gen.	שֶׁלָּכֶם	*veſtrûm*
Dat.	לְךָ	*tibi*	Dat.	לָכֶם	*vobis*
Accuſ.	אוֹתְךָ	*te*	Accuſ.	אֶתְכֶם	*vos*
Abl.	מִמְּךָ	*à te:*	Abl.	מִכֶּם	*à vobis.*

Singularis. — *Pluralis.*

Foem.			Foem.	
Nom.	אַתְּ vel אַתִּי	*Tu foem.*	Nom.	אַתֵּן vel אַתֵּנָה
Gen.	שֶׁלָּךְ		Gen.	שֶׁלָּכֶן
Dat.	לָךְ		Dat.	לָכֶן
Accuſ.	אוֹתָךְ		Accuſ.	אֶתְכֶן
Abl.	מִמֵּךְ		Abl.	מִכֶּן

3. *Singularis.* — *Pluralis.*

Masc.			Masc.		
Nom.	הוּא vel הִוא	*Ille*	Nom.	הֵם vel הֵמָּה	*illi*
Gen.	שֶׁלּוֹ	*illius*	Gen.	שֶׁלָּהֶם	*illorum*
Dat.	לוֹ	*illi*	Dat.	לָהֶם vel לָמוֹ	*illis*
Accuſ.	אוֹתוֹ	*illum*	Accuſ.	אוֹתָם	*illos*
Abl.	מִמֶּנּוּ	*ab illo:*	Abl.	מֵהֶם	*ab illis.*

Singu-

Singularis.			*Pluralis.*		
	FOEM.			FOEM.	
Nom.	הִיא vel הִוא	*illa*	Nom.	הֵן vel הֵנָּה	*Illae*
Gen.	שֶׁלָּהּ	*illius*	Gen.	שֶׁלָּהֶן	*illarum*
Dat.	לָהּ	*illi*	Dat.	לָהֶן	*illis*
Accus.	אוֹתָהּ	*illam*	Accus.	אוֹתָן	*illas*
Abl.	מִמֶּנָּה	*ab illa:*	Abl.	מֵהֶן	*ab illis.*

Videtur olim, in lingua Hebraea, exstitisse אַתְּךָ in mas. gen. et אַתְּךְ in foem. ut etiam in plurali אַתִּיכֶם et אַתִּיכֶן, unde obliqui casus etiam formati sunt. Hoc videtur magis consentaneum analogiae linguae, quam hypothesis quae fingit ת ע״ת אַתָּ et תְּ ע״ז אַתְּ mutatum fuisse in כ, ut distinguantur ab afformantibus Praeteritorum תָּ et תְּ. Fatendum quidem est, דִּבַּרְתָּ *dixisti*, et *verbum tui*, vix discerni potuisse, nisi pro דִּבַּרְתָּ inductum esset דְּבָרְךָ, &c. Verisimillimum est, exstitisse, vivente lingua Hebraea, non tantum אַתְּ et אַתִּיךְ sed etiam in plurali אַתִּיכֶם et אַתֶּם; uti etiam אַתְּ et אַתִּיכֶן: et hinc etiam affixa verborum et nominum, ex אַתִּיךְ et אַתִּיכֶן formata fuisse; afformantes verò Verborum, ex אַתְּ et אַתֶּם et ex אַתְּ et אַתֶּן (g);

Maximi

(g) Ex analogia linguae, 1ma per. אֲנִי potest venire ab אֲנָה; forma אָנֹכִי augetur per *Caph* insertum: אֲנַחְנוּ productum videtur ex אָנוּ addito נַח ex נוּחַ. In נַחְנוּ omittitur *Aleph*, ex dialecto Arabum. 2da אַתְּ sine *He*, et cum *He* אַתָּה; in dialectis est אַנְתְּ quod ab אַנְתְּ. Notandum est, אַתְּ pro אַנְתְּ retinere *dagesch* forte, ne confunderetur cum אֵת nota accus. et ablat. Exstat quoque אַתִּי *tu foem.* אַתֶּם est forma contracta pro אַנְתֶּם, ut patet ex Arabica אַנְתֻּם et Chald. אַנְתּוּ: Hebraei etiam utramque formam habuere, vigente sua lingua. Exstat etiam אַתֵּנָה *vosmet*, cum ה paragogico et *dagesch* forti. 3tia הוּא *ipse*, in antiqua lingua adfuisse videtur הִוּא *huw*, mox mutatum in *huu*, per quietem ע״ת ו et otium ע״ת א: foem. הִוא *hiw*, unde הִוא *hi*, suppresso motu ע״ת י et א quiescente; inde הִיא, *Jod* et *Aleph* in quietem missis: radix est הוּא vel הָיָה *fuit.* הֵמָּה et הֵנָּה aucta הּ paragogico, prout Latini auxere *ipsimet* et *ipsaemet.*

Uti

Maximi momenti eſt, ut tyro Hebraeus diſtinctam ideam pronominum perſonalium habeat; ea enim eſt indoles omnium Verborum Orientalium, ut unaquaeque perſona Praeteritorum formetur, addendo ultimam ſyllabam, vel ſaltem ultimam literam, variarum perſonarum unicuique radici, ad varias Praeteritorum perſonas formandas.

II. Demonſtrativa:

Singularis.		Pluralis.
Maſc.	זֶה . לָזֶה הַלָּזֶה *hic ille*	Com. אֵל הָאֵל אֵלֶּה
Foem.	זֹה זוֹ זֹאת הַלֵּזוּ *haec illa*	*illi illae.*
Com.	זוּ et הַלָּז *hic haec, ille illa:*	

Ex זֶה fit לָזֶה *hicce*, cum *Lamed* emphatico; ut etiam הַלָּזֶה efficit *illicce*, ex *ille hicce:* inde הַלָּז per retractionem accentûs exſtitit. זוֹת *foem.* eſt pro זֹאת abjecto ת; hinc זוֹ et mox זֹה. Ex forma זוּ diſcimus radicem eſſe זוֹת et זֶה ex זֶיֶה contractum, ut שֶׂה *pecus*, ex שֶׂיֶה. Item פֶּה *os*, ex פֶּיֶה. Ejus plur. אֵל *illi*, ab אול Arabicè exſtante;

Uti pronomina eſſentialem et neceſſariam omnis linguae partem conſtituunt, ſi aliqua affinitas interceſſerit inter pronomina Hebraea et Arabica, argumentum validum erit ad confirmandam convenientiam hancce; quae verò tanta eſt, ut opus erit ſolum tyroni Hebraeo, perdiſcere characteres Arabicos, ut propriis oculis hancce convenientiam videat:

1. perſ. ſing. أَنَا convenit cum Hebr. אָנִי *ego*; ut 1. plur. نَحْنُ cum נַחְנוּ vel אֲנַחְנוּ.

2. perſ. ſing. أَنْتَ eſt Hebr. אַנְתָּ et נ inſerto per *dageſch* forte, אַתָּה; in plur. أَنْتُمْ *vos*, אַתֶּם أَنْتُنَّ אַתֵּן.

3. הוּא eſt idem cum هُوَ הֵם eſt هُمْ הִיא eſt هِيَ הֵן eſt هُنَّ.

Quivis hinc videre poſſit, harmoniam aequè conſpicuam in his, quàm in dialectis Graecis.

exstante, הָאֵל et אֵלֶּה cum ה paragogico quod auget significationem.

III. Relativa: 1. Vox indeclinabilis אֲשֶׁר *qui, quae, quod*, omnis generis et numeri. Hoc relativum est forma *saegolata*, ab אָשַׁר *vestigio notari*; hinc dictum אֶשֶׁר *vestigium*, quòd vestigium antecedentis notet. Saepissimè per aphaeresin רת א, praefixum שׁ per *saegol* et *dagesch* forte, repraesentat primigenium suum אֲשֶׁר pronomen relat. e. g. Cant. iii. 7. מִטָּתוֹ שֶׁלִּשְׁלֹמֹה *lectus ejus, qui Salamoni*, pro אֲשֶׁר לִשְׁלֹמֹה ; שֶׁבְּשִׁפְלֵנוּ *qui in humilitate nostra*.

שׁ etiam sub se accipit *patach*, aliquando *scheva*, neglecta compensatione ante literas *indagessatas*; ut עַד שַׁקַּמְתִּי *usque quo surrexi*, propriè, *usque ad quod surrexi*. Vid. etiam Jud. v. 7. Sic שֶׁהוּא *quod ipse*, et שֶׁהֵם *quod ipsi*.

2. Aliquo modo declinabilis vox זֶה *qui*, זוֹ *quae*, זוּ *qui, quae, quod*.

Ex שׁ, et ל nota dativi, conflata est particula שֶׁל separatim posita, Eccles. viii. 17. בְּשֶׁל אֲשֶׁר יַעֲמֹל; valetque *in eo quod laborat homo*. Hinc multi Grammatici texuere tabulam *Pronominum Genitivorum*; שֶׁלִּי *mei*, שֶׁלָּנוּ *nostrûm*, שֶׁלְּךָ *tui*, atque ita deinceps; proprietas linguae ibi dat, *qui mihi, qui nostrûm, qui tibi*.

IV. Interrogativa: 1. De persona, מִי *quis? quae? quinam? quaenam?* usurpatur, pro omnibus generibus et numeris et personis; ut מִי אַתָּה בְּנִי *quis es tu, fili mi?* מִי אַתְּ בִּתִּי *quae es tu, filia mea?* 2. Interrogativa de re, מָה et מֶה *quid? quidnam?* ut מַה־תָּאֳרוֹ *quae est forma ejus?* מָה־אֱנוֹשׁ *quid est homo?* מֶה מִשְׁפַּט הָאִישׁ *quis est habitus viri illius?* Pronomen interrogativum personae מִי aliquando videtur esse interrogativum rei: sed, exempla quae adducuntur, ad personam facilè revocari possunt; ut Jud. xiii. 17. מִי שְׁמֶךָ *quid est nomen tuum?* i. e. *quis es tu nomine tuo?*

Pronomina Inseparabilia sunt, Particulae a primitivis personalibus resectae; quaeque, cum dictionibus quibus conjunguntur, in unam vocem coalescant: dividuntur in

 particulas

particulas Syllabicas et Assyllabicas. *Affixa syllabica* vocantur, quae syllabam per se constituunt; ut נִי, נוּ, &c. *Assyllabica*, quae praecedenti literae cum vocali conjungi postulant; ut י, ךָ, ם, ן, הָ, ו. Haecce distinctio fideli memoria conservanda, ut ritè praecepta Grammaticae, de formatione Verborum, intelligantur.

Eorum Tabella in abstracto haecce:

1 Pers.	Com. Sing.	י et נִי	*mei*	ex	אֲנִי	*ego.*
	Com. Plur.	נוּ	*nostrûm*	ex	אֲנוּ	*nos.*
2 Pers.	m. Sing.	ךָ	*tui*	ex	אַתָּךְ	*tu.*
	f. Sing.	ךְ כִּי et קִי	*tui*	ex	אַתְּךְ	
	m. Plur.	כֶם	*vestrûm*	ex	אַתְּכֶם	
	f. Plur.	כֶן	*vestri*	ex	אַתְּכֶן	
3 Pers.	m. Sing.	ו ה et הוּ	*illius*	ex	הוּא	*ille.*
	f. Sing.	ה et הָ	*illius*	ex	הִיא	*illa.*
	m. Plur.	ם et הֶם	*illorum*	ex	הֶם	*illorum.*
	f. Plur.	ן et הֶן	*illarum*	ex	הֶן	*illarum.*
		מוֹ	*illorum, eorum, earum.*			

Haec pronomina inseparabilia, Nominibus juncta, tum singularibus tum pluralibus, *genitivum*, quem vocant, *possessoris* efficiunt; non verò directam structuram, per *meus*, *noster*, &c. Apparet, tum genius linguae, tum vis et simplicitas Naturae, in his affixis adsciscendis. Per modum *status constructi*, primitùs dictum, fuisse videtur, דְּבַר אֲנִי *verbum personae meae*; unde, coalitione obtinente, דְּבָרִי et sic de caeteris facilè videre est.

Ad hanc rationem quisque cernat, נוּ *nostrae personae*, ex אֲנוּ ortum esse: sic ךָ, ךְ ex אַתְּךָ et אַתְּךְ; כֶם, כֶן ex אַתֵּיכֶם et אַתֵּיכֶן. In 3tia persona, omnia clara: nam ו et ה et etiam הוּ ex הוּא *ille*; at ה et הָ ex הִיא *illa*. Manserunt integra הֵם et הֵן, mutato tantum puncto; quamvis הֵן in affixione prostet, Esa. iii. 17. *He* paragogicum

cum retinetur aliquando, ut אֱלֵיהֶמָה *superliminaria eorum*, Ezech. xl. 16. מוֹ semel per מוֹ exprimitur, Exod. xv. 5. quod in grandiore ſtylo, et vix extra genus ſententioſum et poeticum, reperitur. Vid. Job. xxii. 2.

Eſt etiam diviſio Gravium et Levium Affixorum. Gravia ſunt, הֶן הֶם כֶן כֶם; quod accentum ſono gravi ad finem rapiant. Reliqua omnia, levia; quia accentum vocali praecedenti relinquunt.

Duo נִי et הוּ Verbis, magis quam nominibus, accedunt; poſterius הוּ ſat frequens cum Nominibus; נִי etiam participiis, accedit: tria ה, ם, ן, ſingularibus; ut הָ, הֶם, et הֶן pluralibus, conjungi ſolent.

Ut affixa arctius agglutinentur nominibus, multiplex mutatio, tum literarum, tum punctorum, introducta; de quibus in mutatione punctorum agendum eſt.

1. Accentus per affixum ſemper deducitur, et cum puncto agglutinationis adhaeret; niſi quod gravia הֶן הֶם כֶן כֶם eum ulteriùs rapiunt, et ſibi ſemper vindicant.

2. *Kametz*, tertio loco ab accentu diſtans, vel antepenultimum locum ab accentu habens, ſi mutabile ſit, abit in *ſcheva*; ſi immutabile, per *metheg* ſuſtinetur.

3. *He* foemininum ſemper in ת mutatur in ſing. et dual. at in plural. excluditur; quòd ſervilis litera in motum radicalem ire non debeat. *He* verò maſculinum ubique tollitur.

4. Terminatio dualis ַיִם et plur. ִים abjiciunt ם una cum vocalibus; ut locus fiat puncto agglutinationis, cum quo *Jod*, pluralitatis ſignum, vel quieſcat, vel otietur, vel moveatur.

5. Terminatio plur. foem. וֹת idem *Jod* adſciſcit, ad commodiorem affixionem; quae aliàs minus clara vel prompta foret.

6. Punctum agglutinationis aliud eſt in ſingularibus, aliud in dualibus et pluralibus. Gemina tabella rem oculis ſubjiciet, ad vocabula דָבָר maſc. *verbum*, צָרָה foem. *anxietas*, et דְבָרִים *verba*, צָרוֹת *anxietates*.

SIN-

SINGULARIA.

Masculina et Foeminina.

Aff. 1. Per. Sing.	ִי per *chirek*,	דְבָרִי	*Verbum mei.*
		צָרָתִי	*Anxietas mei,*
Aff. 1. Per. Plur.	נוּ per *tzeri*,	דְבָרֵנוּ	*Verbum nostri,*
		צָרָתֵנוּ	*Anxietas nostri.*
Aff. 2. Per. Sing.	ךָ per *schev.* mob.	דְבָרְךָ	*Verbum tui,* m.
		צָרָתְךָ	*Anxietas tui,* m.
	ךְ per *tzeri*,	דְבָרֵךְ	*Verbum tui.*
		צָרָתֵךְ	*Anxietas tui,* f.
Aff. 2. Per. Plur.	כֶם / כֶן per *sch,* mut.	דְבַרְכֶם	*Verbum vestri,* m.
		דְבַרְכֶן	Idem f.
		צָרַתְכֶם	*Anxietas vestri* m.
		צָרַתְכֶן	Idem f.
Aff. 3. Per. Sing.	ו et ה per *cholem*,	דְבָרוֹ	*Verbum ejus,* m.
		צָרָתֹה	*Anxietas ejus,* m.
	הּ	דְבָרָהּ	*Verbum ejus,* f.
		צָרָתָהּ	*Anxietas ejus,* f.
Aff. 3. Per. Plur.	ם / מוֹ / ן per *kametz*,	דְבָרָם	*Verbum eorum.*
		דְבָרָמוֹ	Idem.
		דְבָרָן	*Verbum earum.*
		צָרָתָם	*Anxietas eorum,*
		צָרָתָמוֹ	Idem.
		צָרָתָן	*Anxietas earum.*

PLU-

Pluralia.

Masculina et *Foeminina.*

Aff. 1. Per.	י per *patach*,	דְּבָרַי	*Verba mei.*
		צָרוֹתַי	*Anxietates mei.*
	נוּ per *tzeri*,	דְּבָרֵינוּ	*Verba nostri.*
		צָרוֹתֵינוּ	*Anxietates nostri.*
Aff. 2. Per.	ךָ per *saegol*,	דְּבָרֶיךָ	*Verba tui*, m.
		צָרוֹתֶיךָ	*Anxietates tui*, m.
	ךְ per ִ ַ	דְּבָרַיִךְ	*Verba tui*, f.
		צָרוֹתַיִךְ	*Anxietates tui*, f.
	כֶם כֶן per *tzeri*,	דִּבְרֵיכֶם	*Verba vestrûm*, m.
		דִּבְרֵיכֶן	Idem, f.
		צָרוֹתֵיכֶם	*Anxietates vestrûm.*
		צָרוֹתֵיכֶן	Idem, f.
Aff. 3. Per.	ו per *kametz*,	דְּבָרָיו	*Verba ejus*, m.
		צָרוֹתָיו	*Anxietates ejus*, m.
	הָ per *saegol*,	דְּבָרֶיהָ	*Verba ejus*, f.
		צָרוֹתֶיהָ	*Anxietates ejus*, f.
	הֶם מוֹ הֶן per *tzeri*	דִּבְרֵיהֶם	*Verba eorum.*
		דְּבָרֵימוֹ	Idem.
		דִּבְרֵיהֶן	*Verba earum.*
		צָרוֹתֵיהֶם	*Anxietates eorum.*
		צָרוֹתֵימוֹ	Idem.
		צָרוֹתֵיהֶן	*Anxietates earum.*

Dualis

Dualis sequitur affixionem pluralis; ut מְלָכִים *duo Reges*, facit מַלְכֵי *duo Reges mei*, מַלְכֵינוּ *duo Reges nostrûm* : atque ita porrò. Et מַלְכָּתַיִם *duae Reginae*, מַלְכָּתַי *duae Reginae mei*, מַלְכָּתֵינוּ *duae Reginae nostrûm*; atque sic in reliqua serie.

Particulae Inseparabiles, quae et Praefixae, sunt octo, משֶׁה וְכָלֵב dictae, in quibus ה bis connumerandum.

ם ex מִן notat *ex*, *a*, *prae*; sub se ordinariè habet (·) parvum sequente *dagesch*, ut מִבַּיִת *è domo*, pro מִנְבַּיִת. Ante gutturales et ר, habet (‥); ut מֵאֶרֶץ *è terra*, pro מִנְאֶרֶץ.

שׁ ex אֲשֶׁר *qui*, *quae*, *quod*: ordinarium ejus punctum sequente *dagesch* est (∵), ut מִטָּתוֹ שֶׁלִּשְׁלֹמֹה *lectus ejus qui Salomoni*. Accipit etiam *patach*; ut עַד שַׁקַּמְתִּי propriè, *usque ad quod surrexi*. Aliquando compensationem ante gutturales admittit; ut שָׁאַתָּה *eò quod tu*, Jud. vi. 17. etiam *scheva* accipit; ut שְׁהוּא *quod ipse*, Eccles. ii. 22.

Praefixum ה, ex הוּא *ille*, duplex est : 1mo, Demonstrativum, notans ὁ, ἡ, τὸ; et sub se ferè habet (-) sequente *dagesch* forti, e. g. הַמֶּלֶךְ ὁ Βασιλευς. Ante *indageschatas*, compensatio institui vel negligi potest, ut הַחַי et הָחַי *vivus*. Amat et (∵) ante gutturales *kametzatas*, ut הֶחָכָם *sapiens*. 2do, Alterum *He*, quod Interrogativum dici solet, praefigitur, 1. Per (-:) quod, sequente alio *schevate*, in (·) abit; e. g. הֲלֹא *annon?* הֲיִקְרֶה *an eveniet?* 2. Obtinet etiam *patach* ante gutturales, ut הַאֱמֶת *an veritas?* 3. Adhibetur etiam *saegol*, הֶאָנֹכִי *an ego?* Num. xi. 12. (*b*).

ו *ut*,

(*b*) Potestas articuli quadruplex ferè in Hebraea :
1mo, Demonstrativa; ut הָעָם ὁ λαος, *populus*.

2do, Relativa: 1. Cum Nomine participiali saepissimè; ut הַנּוֹלַד־לוֹ *is qui natus ei*, Gen. xxi. 3. 2. Cum Particulis admodum emphaticè, וְהֶעָלֶיהָ 1 Sam. ix. 24. *et quid super eam*, 3. Cum Verbis הֶהָלְכוּא *qui iverunt*, Jos. x. 24.

3tio, Vocativa, הַבַּעַל *O Baal!*, הַבַּת *O filia!*

4to, Localis, motum ad locum significans, הַפְּלִשְׁתִּים *versùs Philisteos*, 1 Sam. xiii. 20.

5to, Asseverativa, per *ecce*, *sane*, *profectò*, Job. xxii. 15. הַאֹרַח *profecto viam seculi servas*.

ו *ut*, *et*, *praeterea*, accedit per (:) vel per (ּ), ut וְרֶכֶב וָסוּס *et currus et equus*. 1. Habet *kametz* ante monosyllaba et dissyllaba penacuta; ut קַח וָלֵךְ *cape et vade*. 2. Extra ordinem, recipit *patach*, sequente *dagesch* forti, quando conversivum est Futuri in Praeteritum. Suspicatur cl. Schultensius *He* emphaticum isti punctaturae subesse. Vid. Gram. p. 424,5. 3. Cum *scheva* simplex possidet, facilè delabitur in *schurek*, perpetuò ante labiales בומף; ut וּבֶגֶד *et vestis*, pro וְבֶגֶד. Mobile manet *Waw* ante easdem, si *kametz* habeat, ut וָבֹהוּ *et inane*.

כ significat *sicut*: privam significationem adsciscere sibi videtur ex מו syllaba enclitica: *kametz* quoque possidet; ut כָּמוֹנִי *sicut ego*, כָּמוֹךָ *sicut tu*, כָּמוֹהוּ *sicut ille*.

ל notat *ad*, *juxta*, *super*: pro *schevate* simplici, item *kametz* assumit saepe ante monosyllaba et penacuta, sive nomina sint, sive formae Infinitivae; ut לָבוֹא *ad intrandum*, לָצֵאת *ad egrediendum*.

ב notat *in*, *de*, *cum*, *pro*, *propter*; et causam, modum et instrumentum: punctum ejus est etiam *scheva*; habet verò, uti etiam *Caph* et *Lamed*, *kametz* ante pronomina separata, ejusdem conditionis, monosyll. et dissyll. ut בָּזֶה *in hoc loco*, כָּזֹאת *sicut hoc*, כָּהֵנָּה *sicut haec*.

Beth, *Caph*, *Lamed*, *He* emphaticum excludunt, ejusque punctum sibi vindicant; ut בַּבַּיִת *in domo*, pro בְּהַבַּיִת; כָּעֶבֶד pro כְּהָעֶבֶד *sicut servus*, &c. Eadem praefixa כ ל ב aliquando excludunt *He* characteristicum Infinitivi *Niphhal*, *Hiphhil*, *Hophhal* et *Hithpahhel*; ejusque punctum sibi vindicant: e. g. לַשְׁמִיעַ *ad audire faciendum*, pro לְהַשְׁמִיעַ; sic בֵּהָרֵג *in interfici*, pro בְּהֵהָרֵג ex *Niphhal*.

Literae בכלם, praefixae Infinitivis, designant Latinorum Gerundia: v. g ב format Gerundium in DO; et tum significat *in*, *dum*, *cum*: כ notat quoque Gerundium in DO; et significat *secundum*, *postquam*, *juxta*: ל facit Gerundium in DUM vel DI; et significat *ad*, *in*, &c. מ notat *ab*, *ex*, et jungitur cum ablativo.

GRAM-

GRAMMATICÆ HEBRÆÆ

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De Verbo Perfecto.

VERBUM est, quo *actio*, *passio*, vel *status* intermedius exprimitur, cum significatione vel determinatione temporis; ut פָּקַד *visitavit*, נִפְקַד *visitatus est*.

Verbum, secundum suam essentiam spectatum, est vox *affirmationem* significans, cum designatione personae, numeri, temporis, conditionis, desiderii, et etiam, apud Hebraeos, generis. Nulla est enim vox affirmationem notans, quae non est Verbum (*i*).

In Verbo, distinctè observanda sunt, *Tempora*, *Modi*, *Personae*, *Genera*, *Numeri*, *Formae conjugandi* cum propria significatione, *mutationes literarum* ac *vocalium*.

Natura tria tantum tempora admittit; *praeteritum*, *praesens* et *futurum*. Participium, per se, nullum tempus notat;

(*i*) Affirmatio autem, quae est Verbi strictè sumpti natura, spectat, 1mo, Vel primam personam vel secundam, vel tertiam, tum singularem, tum pluralem, et, in Hebraica lingua, masculinum vel foemininum; atque inde natae sunt diversae Verborum personae, numeri et genera. 2do, Affirmatio illa fit, vel de tempore praesenti, vel de praeterito, vel de futuro; et inde variorum Temporum origo. Relatio ad tempus, quod ad rem affirmatam, fuit causa cur multi viri, satis acuto ingenio praediti, non distinxerunt Verbi naturam; quia non omnino considerarunt, in Verbo, quod ei essentiale, sed secundum varias rationes, ei accidentales. Vid. Notas in Gram. Anglican. doct. Dom. Greenwood, de Affirmationibus, p. 83. 3tio, Denique, affirmatur, vel simpliciter, vel adjecta conditione, vel cum voto et desiderio: hinc modi, Indicativus, Conjunctivus seu Subjunctivus, et Optativus.

-stat; quia nomen adjectum. Pro praesenti tamen Hebraei ferè id assumunt, adjectis pronominibus; ut, apud Latinos, *visitans ego*, *tu*, *ille*, i. e. *visito ego*, *visitas tu*, *visitat ille*: e. g. אֲנִי פֹּקֵד *ego visitans*, i. e. *visito*.

Modi, apud Hebraeos, sunt, Infinitivus, Indicativus, et Imperativus (*k*).

Infinitivus nullam certi temporis significationem habet; uti denominatio ipsa indicat: duplexque est; Absolutus et Constructus. Infinitivus est, ut dicunt Hebraei, מָקוֹר i. e. *fons*; unde scilicet rivi definitae significationis in reliqua finita tempora diducuntur. Infinitivo utuntur etiam Hebraei, eodem ferè modo quo Graeci, ad Gerundia exprimenda,

O

(*k*) Verum quidem est, modorum in Gram. Hebr. parcam esse mentionem: etiamsi verò haec lingua non habeat tot modos vel varias inflexiones ac linguae Occidentales, si modorum naturam attenderimus, iis minimè destituitur; uti postea videbimus: quamvis enim variam temporis inflexionem ad modos exprimendos non habeat, iis tamen carere minimè censenda. Hic observandum est, Indolem verborum eandem esse, in omnibus dialectis, Arabica, Syriaca et Chaldaica; quod planè nobis maximam affinitatem confirmat. Linguis itaque, Graecâ et Latinâ, hac in parte non inferior Hebraica; imo ipsis etiam perfectior videtur, quia simplicior: constat enim, ex dictis, modos, ad summum, amplioti affirmationis declarationi utiles esse, minimè verò necessarios. Id enim liquet, ex optimis quibusque Graecis Latinisque Scriptoribus, qui modis ferè indiscriminatim utuntur. Exempla Graecorum in Gulielmi Buddaei Commentariis linguae Graecae exstant, p. 948. edit. Paris. 1548: Latinorum verò in Grosippi Grammaticis Institutionibus, p. 57. et seqq. et in Latina Methodo Dom. Lanceloti, sect. 3. cap. 2. n. 4. Denique, circa modorum naturam et numerum adeò variant Grammatici, ut nihil prorsus certi, hac in re, nobis constituerint. Alii enim eos vocant *divisiones*, alii *qualitates*, alii *status*. Ad numerum quod attinet, aliis quatuor, aliis quinque, aliis sex, aliis octo, aliis plures sunt modi; ita ut, judice Sanctio, in sua Minerva, p. 43. in iis explicandis, nullum tenuerint modum. Hinc Sanctii mentem lepidè expressit Vossius, de Art. Gram. p. 45. tom. ii.

Qui finxere modos, ratione modoque carebant.

Vossius tres tantum modos admittit; Indicativum, Imperativum et Subjunctivum. Calculum hunc etiam sequitur Perizonius, ad Sanctii Minerv. lib. 1. 13. Subjunctivus non est ejusdem antiquitatis ac Indicativus et Imperativus, quos solos lingua Hebraea nobis exhibet. Vid. Vos. de Art. Gram. lib. v. 8.

menda, quibus caret Lingua Sancta. Infinitivus et Participia propriè sunt Nomina; ac proinde personis insigniri non debuere.

Indicativus modus in se continet Praeteriti et Futuri formas differentes. Et sub Indicativo, praepositis particulis vel optandi vel conjunctionis, Optativus et Subjunctivus comprehenduntur. Et sane, cùm modus, naturâ suâ, nihil aliud sit, quam vox *affirmationem* exprimens, vel simplicem, qui est Modus Indicativus, vel cum aliqua conditione conjunctam, ut, *si legissem*, qui est Modus Conjunctivus seu Subjunctivus; cùm verò vox *votum* ac *desiderium* complectatur, ut, *utinam legissem*, unde oritur Modus Optativus; ex hisce planè apparet, linguam Hebraeam nequaquam destitutam esse suis modis: quandoquidem et actionem simplicem rectè exprimat, et particulas habeat, ad affirmationem, desiderium et conditionem, exprimendam; ut אָהַבְתִּי *amavi*, אִם אָהַבְתִּי *si amavissem*, לוּ אָהַבְתִּי *utinam amavissem.*

Imperativus, sine distinctione temporis, non minùs ad futurum se porrigit quàm ad praesens; habetque tantùm secundam personam in utroque genere. Quidam Grammatici volunt Imperativum deesse in passivis formis extra *Niphhal*. Proferunt tantùm duo ex *Hophhal*; dantur verò plura: analogia linguae postulat uti suppleantur in aliis passivis; nondum verò exspectandum, totam linguam apparere in tota sua amplitudine, in reliquiis Biblicis.

Participium in prima Specie duplex est; *Benoni (l)* seu participium Praesens, et *Pahhul* sive participium Praeteritum.

Personae tres sunt, ut in aliis linguis. In paradigmate, initium fit a tertia; quia ea reliquis simplicior: ut פָּקַד פָּקַד *inspexit*, in 3. Praet. *Kal*, etiam notare possunt *inspicere* in

(l) *Benoni* vel Participium Praesens supplet vices adjectivi, ut שׁוֹמֵר *custos* vel *custodiens*. Sed differt ab adjectivo: quod *Benoni* tantum dicatur de *agente*, qui in actione est; Nomen adjectivum, de eo qui in *actione* aliqua *frequenter fuerit*, etiamsi tum, cùm ita appellatur, non agat: ut, e. g. גּוֹנֵב *furans, Benoni*, dicitur de eo qui *re ipsa furatur*; גַּנָּב *fur*, adjectivum de eo dicitur qui *consuevit furari*, etiamsi jam *actu* non *furetur*.

in Infin. ſed 2da et 1ma alteram ſyllabam afformantem requirunt. Praeteritum et Futurum tres tantum perſonas habent: Imperativus verò ſolam ſecundam poſſidet. Participia et Infinitivus propriè ſunt Nomina, ac proinde perſonis inſigniri non debent.

Genus eſt triplex; Maſculinum, Foemininum et Commune, Hebraei, in Verbis conjugandis, genera diſtinguunt; et, in hoc, a Graecis et Latinis differunt: nam, in hiſce linguis, omnis terminatio eſt communis generis; nam *vir* et *mulier facit:* ſed in Hebraea, פָּקַד *viſitavit vir*, פָּקְדָה *viſitavit foemina*; ſic etiam genus in ſecunda perſona diſtinguunt. Prima perſona, in Praeterito et Futuro, communis tantum eſt.

Numerus eſt Singularis et Pluralis: Hebraei Dualem in Nominibus, ſed non in Verbis, habent; ſaltem dualis nondum exſtat in Bibliis. Arabica verò in utriſque admittit.

Grammatici diverſimodè recenſent Conjugationes, ut in aliis linguis: quidam enim volunt eſſe quatuor, alii ſeptem, alii verò plura. Haec differentia inter Grammaticos oritur ex diverſis formis vel vocibus, quas addunt vel detrahunt, ſecundum ſuas varias ſententias.

Procul omni dubio, tota grammaticae ratio promi debet de claſſicis auctoribus, ex eadem lingua de qua agitur: ibi igitur numerus Conjugationum exquirendus, nec aliter augendus aut diminuendus. Error virorum doctorum hinc fluxiſſe videtur, nempè, quod exiſtimaverint, diverſas ſpecies vel genera Verborum ejuſdem Conjugationis, vel diverſas modificationes ejuſdem Verbi, eſſe diverſas Conjugationes: cùm reverà aliter ſe res habeat. Hoc meretur accuratiùs explicari, uti lingua Hebraea liberetur ab illa mole maxima anomalorum, et a confuſione qua laborat jam ex malè intellecta indole et genio linguae. Ut hoc meliùs concipi poſſit, ob oculos quiſque ſibi proponat Species Verborum, i. e. diverſas modificationes ejuſdem Verbi apud Latinos: obſervatio enim horum naturae et indolis, hîc, quicquid obſcurum, facilè diſpellet.

Latini enim varias Species Verborum, i. e. diverſas modificationes ejuſdem Verbi, aequè ac Hebraei, aſſumunt. Habent enim illi, 1. Formas frequentativas; ut *dicto*, *dictito*, a *dico*; *geſto*, *geſtito*, a *gero*. 2. Habent etiam ſuas intenſi-

vas;

vas; ut *facesso* a *facio*; *lacesso* a *lacio*; *capesso* a *capio*. 3. Inchoativas; ut *calesco*, *ardesco*, *splendesco*. 4. Desiderativas; ut *esurio* ab *edo*; *dormiturio* a *dormio*. 5. Imitativas; ut *patrisso*, *atticisso*. 6. Frequentativas, cum diminutione; ut *cantillo*, *sorbillo*, *conscribillo*. 7. Imitativas, cum diminutione; ut *albico*, *candico*, *ignico*. 8. Alias adhuc accessiones derivatas, varia potestate; ut *farcino* a *farcio*, *sarcino* a *sarcio*, *ustulo* ab *uro*, *postulo* a *posco*, &c.

Ridiculum enim esset, facere octo diversas Conjugationes ex diversis Verborum speciebus; quum ad primam vel ad tertiam omnes redeant; attamen hoc factum fuit in Grammatica Hebraea.

Antiqui Grammatici Latini Conjugationes tres, Charisius verò et Priscianus quatuor constituere: qui numerus nunc demum ubique obtinet; et characteristica a plerisque posita est in penultima Infinitivi, *amare*, *docere*, *legere*, *audire*. Ad hanc rationem, si Conjugationes Hebraicas constituere velimus, ad summum tres exstarent, pro triplici terminali puncto, *patach*, *tzeri*, *cholem*, in Infinitivis et Praeteritis ferè occurrenti. Ita dicitur פָּקֹד־פָּקֵד פָּקַד *inspicere* et *inspexit*. Sed diversitas puncti terminalis nullam certam formam infert; multò minùs characteristicam figit diversae Conjugationis. Sed, si rem attentè consideremus, *unam* tantum esse Conjugationem in lingua Hebraea deprehendemus; ob hancce perspicuam rationem, quòd omnes diversae Species seu modificationes Verborum, quae vulgò aestimantur totidem diversae Conjugationes, reverà, eodem modo conjugantur, quod ad terminationem vel finalem syllabam. Sic. e. g. הִתְפַּקֵּד easdem terminationes habet, uti simplex פָּקַד: viz. pro tertia pers. foem. habet הָ; pro secunda pers. תָּ; pro prima pers. habet תִּי, &c. Ita ut, quicunque conjugare poterit paradigma unius, nullam difficultatem in caeteris conjugandis habebit. Est, reverâ, aliqua differentia in punctis vocalium; sed haec non omnino diversam Conjugationem constituere potest. Doctissimus Danzius et clar. Schultensius, justas ob causas, Hebraeos unam Conjugationem habuisse, jure contendunt. Et hoc non solùm verum est de lingua Hebraea, sed etiam de Arabica, Syriaca et Chaldaica: nam una eademque est indoles omnium Dialectorum; quia omnes ab eadem stirpe succreverunt,

verunt. Etiamsi hae diversae species Verborum diversas Conjugationes non constituant, tamen, operae pretium est, observare, quomodo aliae ab aliis distinguantur. Vulgò septem Species Verborum in Grammaticis Hebraeis exhibentur; viz. *Pahal* sive *Kal*, *Niphhal*, *Pihhel*, *Pyhhal*, *Hiphhil*, *Hophhal*, *Hithpahhel*. Ab aliis, Conjugationes recensentur quatuor; 1. *Pahal* sive *Kal* cum passivo *Niphhal*. 2. *Pihhel* cùm passivo *Pyhhal*. 3. *Hiphhil* cum passivo *Hophhal*. 4. *Hithpahel*. Prima Species vocatur *Pahal*, a paradigmate פָּעַל. *Kal* etiam nominatur, quòd *levem*, *simplicem*, notat; quia Verbum est in sua simplicissima forma, nullâ notâ characteristicâ aucta. Caeterae Species seu formae כָּבֵד *graves* appellantur; quia aliquam literam vel syllabam sibi additam habent. Sic secunda *Niphhal* a נִפְעַל dicitur; et sic in caeteris. Sed, ob mediam gutturalem, plurimi Grammatici, aliud paradigma, ut פָּקַד vel לָמַד, uti commodius, eligerunt (*m*).

Ut

(*m*) Observandum, Veteres Grammaticos sumpsisse, pro paradigmate, פָּעַל *fecit*: quòd induxit, praeter mediam gutturalem, quandam confusionem; propter difficultatem pronuntiationis τῦ *Ajin*, et peculiarem pronuntiationem gutturalibus propriam. Ex hoc etiam ortum est, quòd docti aequè ac indocti corruptè et mendosè pronuntiarint et scripserint: *Picl*, pro *Pihhel*; *Pyhal*, pro *Pyhhal*, &c. ubi character Conjugationis, nempè, media radicalis, amittitur per talem pronuntiationem. Praeterea, legitur cum accentu ad primam syllabam, loco ultimi. Hinc etiam Participium Passivum vocatur *Pahhul*; omnesque caeterae voces seu Species Verborum denominantur ab hocce paradigmate פָּעַל *Pahal*, *Niphhal*, *Pihhel*, *Pyhhal*, *Hiphhil*, *Hophhal*, *Hithpahhel*. Ab eodem etiam paradigmate פָּעַל usurparunt פ pro generali nomine primae literae radicalis; ע pro secunda; et ל pro tertia: et sic Verba quiescentia ל, ע, פ, nominant; quibus significari volunt, ea quorum prima, secunda et tertia radicalis, est quiescens. Ast, procul omni dubio, confusam ideam tyronibus haec pariunt: hinc etiam ridicula loquendi forma apud quosdam Grammaticos, qui usurparunt *Phe*, *Hajin* et *Lamed*, pro Verbis quiescentibus in prima, secunda et tertia, radicali. Observandum etiam, Nomina *Pahal*, *Niphhal*, *Pihhel*, &c. esse figmenta Rabbinica: nam idem est, ac si nos diceremus, primam Conjugationem Latinorum esse, *amare*; secundam, *docere*; tertiam, *legere*, &c,

Ut quidam Grammatici Conjugationes, fine causa, multiplicavere; nam una tantùm est: è contrà, alii quasdam Species Verborum omisere, quae aequo jure gaudent ac illae quae ab illis prolatae; nam manifesta vestigia earum in Bibliis exstant. Uti lingua Hebraea multis anomaliis fictis, inscitia Grammaticorum superinductis, liberetur, tabulam variarum Specierum Verborum exhibebimus, secundum clar. Schultensium; qui nobis *octodecim* Species Verborum, in Grammatica sua, sub una Conjugatione occurrentium, exhibuit *(n)*. Variae significationes harum additae sunt, quantum linguae Latinae indoles permitteret.

Hae Species sive formae Verborum, a clar. Viro additae, auctoritate vocum idonea in Bibliis, vel nominum inde derivatorum, nituntur, etiamque caeteris linguis Orientalibus confirmantur;

1. Kal

1. Pahal,	cum passivo	Niphhal.
2. Pihhel,		Pyhhal.
3. Pohel,		Pohal.
4. Hiphhil,		Hophhal.
5. Hithpahhel,		Hothpahhal.
6. Hithpohel,		
7. Pehalhal,		
8. Pihlel,		Pyhlal.
9. Hithpahlel,		
10. Schaphhel,		Schophhal.
11. Hischtaphel,		

(n) Apparet, si, ut par, non divellamus quae Natura conjunxerit, et passivas formas sub activis ordinemus, minimùm undecim emergere Conjugationes, vel potius Species Verborum ad unam Conjugationem euntium. Hoc simplicitatem arguit Naturae, et mirificam ejusdem ubertatem, quàm, ad lucem et opem dialectorum, recuperare gestit lingua Hebraea, ut nativa ejus pulchritudo et opulentia denuò enitescat.

1. Kal five Pahal,	פָּעַל	*Fecit.*
2. Niphal,	נִפְעַל	*Factus est.*
3. Pihhel, *dag.*	פִּעֵל	*Factavit.*
4. Pyhhal, *dag.*	פֻּעַל	*Factatus est.*
5. Hiphhil,	הִפְעִיל	*Facere fecit.*
6. Hophhal,	הָפְעַל	*Facere factus est.*
7. Hithpahhel, *dag.*	הִתְפַּעֵל	*Factitavit reciprocè.*
8. Hothpahhal, *dag.*	הָתְפָּעַל	*Factitatus est reciprocè*
9. Pohel,	פּוֹעֵל	*Factavit alteri.*
10. Pohal,	פּוֹעַל	Passivum ejus.
11. Hithpohel,	הִתְפּוֹעֵל	*Factavit alter alteri.*
12. Pehalhal,	פְּעַלְעַל	*Identidem factavit.*
13. Pihlel,	פִּעְלֵל	*Fecit cum habitu.*
14. Pyhlal,	פֻּעְלַל	*Factus est cum habitu.*
15. Hithpahlel,	הִתְפַּעְלֵל	*Factitavit cum habitu.*
16. Schaphhel,	שִׁפְעֵל	*Sane fecit.*
17. Shophhal.	שָׁפְעַל	*Sane factus fuit.*
18. Hithschaphhel, } Hischtaphhel, }	הִתְשַׁפְעֵל } הִשְׁתַּפְעֵל }	*Cupivit ut faceret alter.*

Operae

Operae pretium erit, Cujusque Speciem, characterem et significationem, distinctiùs considerare (*o*).

I. *Kal* sive *Pahal*, פָּעַל *fecit*, constat tribus literis radicalibus, quarum prima *kametz* habet; secunda, *patach*, non rarò *tzeri*, aliquando *cholem*: ejus significatio, Simplex et Transitiva, שָׁבַר *fregit*; vel Intransitiva, ut שָׂמַח *laetus fuit*; vel Neutralis, ut צָמַח *emicuit*. Potestatem neutralem ferè semper habent, quorum secunda habet *tzeri*, ut חָמֵץ *voluit*: attamen aliquando transitiva vis in his servata. Quae in *cholem* desinunt, semper intransitiva sunt; ut יָגֹר *tumuit*, קָטֹן *parvus fuit* (*p*).

II. *Niphhal*, נִפְעַל, formatur praeponendo literam characteristicam *Nun*, ita ut coalescat in unam syllabam cum prima radicali, abjecto *kametz* in Praeterito et Participio. In Infinitivo, verò, *kametz* manet, praemissâ syllabâ הִנְ, ut הִנָּפְעַל *fieri*; et, *Nun* inserto per *dagesch* forte in prima radicali, הִפָּעֵל; aliquando exstat in Infinitivo etiam נִפְעַל. Significatio ejus passiva vulgò existimatur, et quidem τῦ *Kal*: alii volunt formam hanc, per se, efficere Conjugationem, quae mediam quandam significationem, nunc activè

(*o*) Sunt qui nescio quid peregrinum corruptumve sibi fingant, quando audiunt in Dialectis Orientalibus plures dari Species conjugandi quàm septem; atqui, apud Arabes, ad tredecim usque multiplicari, constat: hae verò, nihil aliud quàm formationes derivativae, quae totidem Species constituunt, secundum quas Conjugationes Verborum, hoc vel illo modo, variari queant. Vestigia aliarum Specierum in Bibliis apparent: haec autem jam praetereunda sunt.

(*p*) In *Kal*, si punctum sub 2da radicali fuerit *patach*, *simplicem actum videndi* notat; ut פָּקַד *vidit, aspexit*: si autem *tzeri* fuerit terminale punctum, vel *cholem*, tunc intransitivam notionem conservat; v. g. חָמֵץ *fermentuit*. Clarissima hîc convenientia cum Arabicis: سَمَنَ Heb. שָׁמַן cum terminali puncto *patach*, notat *actionem* transitivam *pinguefaciendi*; sed سَمُنَ et سَمِنَ *pinguis et obesus fuit*. Sic وَبَلَ יָבַל *imbrem effudit*; sed وَبُلَ *ob imbrium copiam sua gravitate insalubris fuit aër*.

activè nunc passivè nunc reciprocè venientem, habeat. Sic נִשְׁבַּע vulgò redditur *juravit*; sed propriè significat *jusjurandum adactus fuit*, vel *jurejurando obstrictus fuit*. Sic נִלְחַם *pugnavit*, propriè *consertus fuit cum alio*. Vis reciproca et immanens locum habere videtur in נִשְׁמַר *custoditus est*, vel *ab alio*, vel *a sese*. Si *Kal* habuerit significationem neutralem, geminatur passio; ut נִשְׂמַח *laetus factus est*, vel *ad laetitiam actus est*; אָמַן *firmus fuit*; נֶאֱמַן *firmus factus fuit*. Haec exempla favent sententiae doctorum virorum qui contendunt, *Niphhal* non esse passivum τοῦ *Kal*, sed formam esse quae, per se, Conjugationem faciat *(p)*.

III. *Pihhel*, פִּעֵל *factavit*: ejus characteristica est *dagesch* forte in media radicali; cum *chirek* ferè sub prima, aliquando verò *patach* et *saegol*. Sub secunda radicali plerumque *tzeri*, etiam *patach*. In caeteris temporibus extra Praet. *patach* locum habet sub prima radicali. Significatio hujus geminatur, cùm duplicata media: quae, 1. Notat *intensionem* simplicis *Kal*, tum transitivè, ut פִּקֵּד *inspectavit*, tum intransitivè, ut צִמַּח *valdè micuit, germinavitque*. 2. Vim *effectricem* in neutralibus habet, ut שִׂמַּח *laetificavit, laetum fecit*.

IV. *Pyhhal*, פֻּעַל *factatus est*, haud dubiè est passivum praecedentis: character ejus est, media radicalis *dageschata* cum *kibbutz* vel *kametzchatuph* ad primam, et *patach* ad secundam radicalem.

V. *Hiphhil*, הִפְעִיל *facere fecit*: formatur per *He* cum prima radicali coalescens in unam syllabam, per *chirek* vel

(*p*) Significatio secundae Speciei, seu *Niphhal*, videtur esse potius immanens et reciproca. Arabica dialectus hìc lucem nobis praefert, quae speciem peculiarem statuit activo et passivo illustrem, etiamsi aliquando passivo sensu usurpetur. Convenit cum إِنْفَعَلَ Videtur esse pronissima in usum reciprocum, et notare vim mediae formae apud Graecos. e. g. in tertia Surat. v. 149. Alcorani, تَنْقَلِبُوا quae est 7mae Speciei act. formae, cum passiva significatione a Maraccio redditur, *invertemini pereuntes*; sed satis bene reddi potest, *et vosmet ultro citroque versabitis, invertetis*, id est, *invertemini a vobismet*.

ſaegol in Praeterito; extra illud, per *patach*. Terminale punctum eſt vel *tzeri* vel *chirek* longum. Convenit haec Species, in ſignificatione ſua, cum Graecis Verbis in αινω et υνω exeuntibus; ut ψυχραινω *frigidum reddo*, μεγαλυνω *magnifico*: ita הִפְקִיד *inſpicere fecit*, הִשְׂמִיחַ *laetum reddidit*, *laetificavit*. Nunquam ergo eſt activa ſimplex; nam etiamſi הֶעֱמִיד reddatur *conſtituit*, propriè notat *ſtare fecit*, a עָמַד *ſtetit*; הִשְׁלִיךְ vulgò *projecit*, ſed propriè notat *porrigi fecit*: nec neutralem poteſt habere ſignificationem; nam הֶאְדִּים *rubuit*, propriè, *ſemet rubrum fecit*. Nunquam igitur ſimplex activa nec neutra ſignificatio ei propria eſt; nam הִלְבִּין propriè, *album reddidit*, a לָבַן *albuit*: ſic הִצְמִיחַ *germinare fecit*, a צָמַח *germinavit*, *micuit*.

VI. *Hophhal*, הָפְעַל *facere factus eſt*, ejus paſſivum, habet, pro charactere, ה cum *kametzchatuph* vel *kibbutz* connexum cum prima radicali, et, pro terminali puncto, *patach*: ergo *Huphhal* dici aequè poſſet. Obſervandum eſt, aliquando reddi hanc Speciem poſſe per unam vel geminam paſſivam ſignificationem, ut הָפְקַד *inſpicere factus eſt*, vel *inſpici factus eſt*.

VII. *Hithpahhel*, הִתְפַּעֵל *factitavit*, a *Pihhel* vel *Pahhel* propagatum eſt: *intenſivam* ſignificationem cum *frequentia* conjunctam notat: characteriſtica eſt, geminatio mediae, qua *intenſio*, et praemiſſa ſyllaba הִתְ, qua *frequentia*, ſignificatur; ut הִתְפַּקֵּד *ſemet recenſendum* vel *viſitandum praebuit*. Saepiſſimè *excellentiam*, *aſſiduitatem* cum *frequentia*, et actionis *continuationem*, denotat; ut הִתְהַלֵּךְ *ambulavit indeſinenter et cum aſſiduitate*. Et diverſam vim in Verbis habet, ſecundum varias ſignificationes. Nam, 1. In quibuſdam, reciproca ſignificatione gaudet; ut הִתְקַדֵּשׁ *ſemet ſanctificavit*, הִתְגָּאֵל *ſemet polluit*. 2. Prona eſt haec forma ad *jactationem* deſignandam; ut הִתְעַשֵּׁר *divitem ſe jactavit*, vel *divitem ſe fecit*: in genere, *agentis in ſemetipſum actio*, ſive *vera* ſive *ficta*, denotatur; e. g. Joſ. ix. 4. וַיִּצְטַיָּרוּ *et legatos ſe finxerunt*; 2 Sam. xiii. 5. הִתְחַל *aegrotum te ſimula*, propriè, *fac te attritum*, pro הִתְחַלֵּה. 3. Aliquando *vim paſſivam* habet; ſecundum quam, הִתְפַּקֵּד

verti

verti poteſt, *viſitavit reciprocè*, et etiam *viſitatus eſt*. Hanc ſignificationem ex dialecto Aramaea habere videtur. Sub prima radicali habet *patach*; ſub ſecunda, gaudet ferè *tzeri*.

VIII. *Hothpahhal*, הָתְפַּעַל *factitatus eſt reciprocè*, eſt ejus forma paſſiva: quae ſignificationem admodum vehementem, haud facilè exprimendam, notat; ſignificat enim *paſſionem ab alio provocatam in ſeipſum*: e. g. הֻכַּבֵּס Levit. xiii. 56. *lavandum ſiſti a ſemet*, pro הָתְכַּבֵּס; nam הִתְכַּבֵּס eſt *ſemet lavandum ſiſtere*, et *ſemet lavare*. Scribitur et הָתְפַּקֵד Num. ii. 33. *viſitandum ſiſti a ſeſe*. Sic, Deut. xxiv. 4. הֻטַּמָּאָה *polluere ſemet facta eſt*, pro הָתְטַמְּאָה. Ejuſdem formae eſt הֻדַּשְּׁנָה *obeſare ſemet factus eſt gladius*, &c. Eſa. xxxiv. 6. pro הָתְדַּשְּׁנָא. Quidam Grammatici volunt hanc Speciem conflatam eſſe ex *Hophhal* et *Hithpahhel*; ſed dubitari nequit, quin genuina ſint ſpecimina τῶ הָתְפַּקֵד *ſiſti ad recenſendum*, Num. i. 47. ii. 33. xxvi. 62. necnon 1 Reg. xx. 27. ubi gemina forma paſſiva conjungitur, הָתְפָּקְדוּ וְכָלְכְּלוּ *adacti ſunt ut ſiſterent ſe ad recenſendum, et collecti ſunt in numerum*. Longè fortiùs eſt quàm וַיִּתְפָּקְדוּ Jud. xx. 15. quod activè eſt, *recenſendos ſe dederunt*.

IX. *Pohel*, פּוֹעֵל *factavit invicem*: haec Species a pleriſque Grammaticorum confunditur cum *Pihhel*; etiamſi maxima ſit differentia, tum in characteriſtica, tum in ſignificatione. Character ejus planè apparet eſſe, *Waw* mobile, inſertum poſt primam radicalem, vel quieſcens in *cholem*, vel cum terminali puncto *tzeri*. Kimchius, Bellarminus, Pagninus, aliique, hanc Speciem ſeparatam Conjugationem faciunt: et Grammatici Arabici idem faciunt in lingua ſua, ut فاعل. Apud Aramaeos etiam exſtat; et efferri poteſt per *Waw* quieſcens vel mobile, ut שׁוֹתֵף et שְׁוַתֵּף *communicavit*. Haec Species, *actionem alterius* erga *alium*, vel cum *alio*, viciſſim notat; et varietatem aliarum ſignificationum, ſecundum Verbi naturam. Plurima hujus Speciei exempla exſtant; ut יוֹדַע *notum fecit alteri*, vel *notificavit*. Exſtat exemplum hujus Speciei, 1 Sam. xxi. 3. יוֹדַעְתִּי *condixi locum*, nempè, *et tempus*; quod ſignatiùs

multò,

multò, in hunc sensum, quàm יִדַּעְתִּי *indixi*, ex *Pibbel*, Job, xxxviii. 12. discrimen enim tantum, quantum inter *indicere* et *condicere*. Similiter זוֹרֵם *exaestuare fecit invicem, mutuo concursu et collisu*, Psal. lxxvii. 18. quod multò fortiùs quàm זִרֵם pro זֵרֵם ex *Pibbel*. Item שׁוֹסֵה, Esa. x. 13. a שָׁסָה *direptavit*, ampliùs notat quàm שִׁסָּה. Fut. hujus Speciei semet sistit, Hos. xlii. 3. in יְסֹעֵר *turbineo motu sese rotat*. Imperat. est זוֹעֲמָה *detestator*, Num. xiii. 7. Participium occurrit, Job. ix. 15. מְשֹׁפְטִי *disceptans mecum*. Item Psal. ci. 5. מְלוֹשְׁנִי *abtrectator mihi*. שֹׁרֵשׁ *radices altas egit*, Isa. xl. 24. Sed, *in Pibbel*, שֵׁרֵשׁ notat *eradicavit*; vid. Psal. lii. 7. vid. etiam Jer. xii. 2.

X. *Pobal*, פּוֹעַל *factatus est invicem*, passivum ejus, per se satis clarum: formatur enim facilè mutando terminale punctum *tzeri* in *patach*, ut sit פּוֹקַד, et, per quietem, פּוֹקַד; quod passivum, in defectivis mediâ radicali, usitatissimum: e. g. עוֹלַל *identidem exhaustus fuit*; הוּנַח *remotus fuit*, 2 Sam. xx. 13.

XI. *Hithpabel*, הִתְפּוֹעֵל *factavit alter alteri* vel *invicem*; exemplum exstat הִתְגֹּעֵשׁ *concutere semet*, Jer. xxv. 16. et xlvi. 8. Item מְנֹאָץ pro מִתְנֹאָץ *irritatum*. Talia passim obtinent in defect. med. ut הִתְרֹצֵץ *semet confringere*; הִשְׁתּוֹלֵל *spoliandum se dedere*, pro הִתְשׁוֹלֵל, Esa. lix. 15. Etiam הִתְחוֹלֵל *exspectavit assiduè*. Inde, more Aramaeo, Psal. lxxvi. 6. אֶשְׁתּוֹלְלוּ *spoliandos se dederunt*. Talia ex *Pobel* fluunt; ut *gestito*, apud Latinos, a *gesto*. Haec Species, הִתְ praeposito τῳ *Pobel*, facilè distinguitur suo charactere. Verisimile est, passivum suum habuisse.

XII. *Pebalbal*, פְּעַלְעַל *identidem factavit*. Habet, pro charactere suo, secundam et tertiam radicalem geminatam. Quòd ad significationem, auget usque ad superlativum gradum; sic, Job. xvi. 16. חֳמַרְמַר est, *supra modum turbulentus fuit, aestuabundus fuit luto*. Sic, Psal. xxxviii. 11. לִבִּי סְחַרְחַר *cor meum vagabundum est*; etiam יְרַקְרַק *intensè flavus*, עֲקַלְקַל *tortuosissimus*, הֲפַכְפַּךְ *perversissimus*, חֲלַקְלַק *glaberrimus* et *lubricissimus*, אֲדַמְדָּם *valdè rubicundus*, שְׁחַרְחֹר *valdè*

valdè niger, פְּתַלְתֹּל *valdè contortuplicatus*, אֲסַפְסֻף *turba vilissima*, *colluvies*.

XIII. *Piblel*, פִּעְלֵל *fecit cum habitu*, pro charactere suo habet tertiam duplicatam, atque *habitum faciendi* denotat; et potissimum neutralibus applicatur: sic, a שָׂעַר *horruit*, existit שִׂעְרֵר, et, propter gutt. שַׂעֲרֵר; unde שַׂעֲרוּרָה *cohorrescentia*. Hujus Speciei exemplum exstat, Job. xv. 32. רַעֲנָן *prolixis et propendulis ramis fuit arbor*, a רָעַן *laxè propendit* et *prominuit*: hinc derivatum רַעֲנָן *laetè florens*, *virensque*. Ejusdem formae est מְטַחֲוֵה *jaculans*, pro מְטַחֲוֵן, a טָחָי, sive טָחָה *jecit*. Vid. Job. xxxviii. 36. Ingens hinc nata soboles; ut פְּרַחַח *pullities*, גַּבְנֹן *gibbosus*, נַאֲפוּף *adulterium*, שַׂעֲרוּרִיָּה et שַׂעֲרוּרִית *facinus horrendum*, חַכְלִילִי *rubicundus*, חַכְלִילוּת *livor rubens*, שַׁפְרִיר *tentorium speciosum*. Ab hac Specie descendunt, quae *dagesch* forte in tertia radicali habent; ut גְּמַלִּים *cameli*, pro גְּמַלְלִים a גָּמָל: sic, אֲדֻמִּים *rubri*, pro אֲדַמְמִים; קְטַנִּים *parvi*, שְׁפַנִּים *cuniculi*, אֲשְׁמַנִּים *praepingues*.

XIV. *Pyblal*, פֻּעְלַל passivum ejus. Nihil movet scrupulum, nisi quòd Verba neutralia illud rariùs admittant: sed res se semper non ita habet; quia nona Species Conjugationis Arabicae passivè nonnunquam inflexa. Analogia hanc formam usitatam fuisse suadet. Tale vulgò censetur אֻמְלַל *languidus fuit*, ab אָמַל.

XV. *Hithpablel*, הִתְפַּעְלֵל *frequentiam cum habitu* notat: hujus formae exstat Verbum הִשְׁתַּחֲוָה pro הִשְׁתַּחֲוֵו *prostravit se adorabundus*, *semet identidem curvavit*, vel *identidem curvatus fuit*, a שָׁחָה, pro שָׁחַו, ultima *Waw*; quod in *Piblel* dat שַׁחֲוֵו; hinc הִשְׁתַּחֲוֵו vel הִשְׁתַּחֲוָה. Ejus Infinit. foem. est הִשְׁתַּחֲוָיָה *adoratio*, 2 Reg. v. 18. Observandum est, quod, cùm prima radicalis sit ex aliqua sibilantium, quales sunt ס et שׁ, tunc transpositio primae radicalis in locum praeformantis ת: et vice versa. Characteristica duplex; tertia enim radicalis duplicatur, qua significatio fortior reddatur, et syllaba הִת praeponitur.

XVI. *Schaphhel*, שַׁפְעֵל *sanè fecit*: exstat, Ezr. v. 11. שַׁכְלִל a כָּלַל *consummavit*; etiam שֵׁיצִיא pro שֵׁיצִיא Ezr. vi.

vi. 15. *absolutum fuit*, a יָצָא *exiit, ad finem pervenit*. Sic שַׁלְהֶבֶת *flagrantia ardentissima*, Cant. viii. 6. Ezech. xxi. 3. a שַׁלְהֵב *inflammatus arsit*, a rad. לָהַב quae apud Arabes exstat لهب et notat *flagravit flamma puriore:* est antiquissimum vocabulum hoc, ut patet ex Job. xv. 30. Talia exstant etiam apud Aramaeos; ut שַׁכְלֵל *complevit cumulatè*, a מְלָא *implevit*; שַׁלְחֵף *commutavit*, a חָלַף, &c.

XVII. *Schuphbal* שֻׁפְעַל vel *Schophbal* שָׁפְעַל est ejus passivum: et nihil difficultatis in se habet. Exemplum τῶ *Schuphbal* exstat, שְׁבַהֲרָה *gloria*, a שַׁבְהַר *gloriatus est*, a בְּהַר *splenduit:* similiaque, apud Aramaeos, frequentia sunt.

XVIII. *Hithschaphbel*, הִתְשַׁפְעֵל *cupivit ut faceret alter*, est ultima Species; vel potius, propter transpositionem hîc perpetuam, הִשְׁתַּפְעַל. Character hujus Speciei est הִת praepositus praecedenti: habet, sub se, vim *desiderativam* et *postulativam*; notat enim *petitionem*, *confessionem*, aliasque virtutes quas Arabes servant sub suo اِسْتَفْعَلَ. אִשְׁתַּפְעַל *petiit ut faceret*, item *confessus est se fecisse*. Apud Chaldaeos et Syros usitatissimum, Ezr. iv. 13. הִשְׁתַּכְלַל *absolutus fuit*, nempè, *secundum petitionem eorum*. Haecce forma longè latèque funditur per universum linguae Arabicae ambitum: sic اِسْتَلْهَبَ אִשְׁתַּלְהַב *petiit ut flammaret*.

Ex hisce itaque auctis Speciebus et formis Verborum secundum indolem linguae Arabicae et Syriacae, et ex claris exemplis variarum harum formarum in reliquiis Biblicis adhuc comparentium, tollitur illa seges immensa anomaliarum quae introducta fuere, per ignorantiam verae indolis linguae Hebraeae, a Grammaticis; quibus ignota fuit vera illa via hebraizandi ex variis dialectis, a celeb. Schultensio prompta, et in lucem edita. Non enim probabile est, quod vulgò tradi solet, in lingua tam simplici ac Hebraea, nonnunquam, vel diversas Conjugationes vel diversa tempora, in una voce confundi. Eliminanda igitur est illa confusio, non tantum Conjugationum sed etiam temporum, quam, in rei literariae Orientalis damnum et dedecus, quidam introduxere.

Sed

Sed nunc, res et tempus monet, ut ad Verba perfecta distinctiùs et latiùs consideranda, et quomodo literae characteristicae, varia tempora, personae et genera, formentur, progrediamur.

Verbum perfectum simplex in 3tia Praet. *Kal*, ejusdemque Infinitivo, qui מקור *fons*, constat *tribus* literis radicalibus tantùm, iisdemque mobilibus et praesentibus. Prima radicalis sub se habet *kametz*; secunda, *patach*, saepe *tzeri*, aliquando etiam *cholem*; sub tertia verò est *scheva* expressum vel subintellectum; accentus verò ultimae vocali adhaeret: e. g. פָּקַד *lustravit, inspexit*, יָלַד *genuit*, קָטֹן *parvus fuit*, יָכֹל *capax fuit*.

Quaecunque verò literae, praeter radicales, Verbo accedunt, vocantur uno nomine *Serviles*; quae dividuntur in Praeformantes et Afformantes, quae a Praefixis et Suffixis ritè distinguendae sunt.

Praeformantes sunt, literae characteristicae ab initio variè accedentes, quae vel Speciem Verbi, *vulgò* diversam Conjugationem, vel modum, vel tempus, vel personas, genera, numeros, denotent.

I. Prima classis praeformantium sunt, literae characteristicae, complectentes praeformativas Specierum vel Conjugationum: quae sunt, נ sive הִנְ pro *Niphhal*; ה pro *Hiphhil* et *Hophhal*; הִתְ pro *Hithpahhel* reliquisque ista accessione auctis; et שׁ pro *Schaphhel*, ejusdemque passivo et frequentativo.

N. B. Si una tantum praeformans praecesserit, punctum primae radicalis mutatur in *scheva*; et, concurrentibus duobus *schevatibus*, prius mutatur in *chirek*: e. g. a פָּקַד formatur נִפְקַד. Si verò duae praeformantes praecesserint, punctum primae radicalis manet immobile; ut הִפָּקֵד pro הִנְפָּקֵד Infinitivi.

Afformantes sunt, certae quaedam literae *serviles*, quae a fine, per omnes Species conjugandi, accedunt, ad personas, genera, numeros exprimendos; et dividuntur in *Syllabicas* et *Assyllabas*.

Afformantes syllabicae sunt, hae omnes quae, a consona incipientes, syllabam, per se, constituunt; et sunt syllabae a pronominum personis, 2da et 1ma, utriusque numeri

ri resectae. Tales, Praeteritum omne, *sex* poscit; Imperativus et Futurum, *unam*: suntque numero *septem*.

Praet. Afform.

2. *Sing.*

Masc. { תָּ vel תָּה } ex אַתָּ vel אַתָּה *tu*, m.
Foem. { תְּ vel תִּי } ex אַתְּ vel אַתִּי *tu*, f.

1. *Sing.*

Com. { תִּי vel תָּ } ex אֲנִי vel אָנֹכִי *ego*, c. *(r)*.

2. *Plur.*

Masc. { תֶם vel תֻם } ex אַתֶּם ex dial. אַתֻּם *vos*, m.
Foem. { תֶן vel תֻן } ex אַתֶּן ex dial. אַתֻּן *vos*, f.

1. *Plur.*

Com. נוּ vel נ ex אֲנוּ vel אֲנַחְנוּ *nos*, c.

Imper. et Fut. Afform.

2. *Plur.*

Foem. נָה et ן, ן ex אַתֵּן et אַתֵּנָה *vos*, f.

3. *Plur.*

Foem. הֵן et הֵנָּה ex הֵן et הֵנָּה *illae*.

Affor-

(r) Nihil in afformantium origine obscurum cuique esse potest, praeter תִּי *ego*, ex אֲנִי. Clar. Buxtorf. censet vel ת emphaticum adscitum, vel נ illius pronominis in ת commutatum, ne cum נִי affixo confunderetur. Doctiss. Alting. autumat, ת illud adhibitum pro כ ex אָנֹכִי. Dialectus Æthiopica id quodammodo videtur confirmare; ubi 1. sing. Praet. est פָּקַדְכִי. Evitatum ergo illud כִי ex אָנֹכִי; ne confusio existeret cum כִי affixo. Si, in veteri lingua, אָנֹתִי fuerit, aequè ac אֲנִי, tum omnis difficultas evanuerit.

Afformantes syllabicae non deducunt accentum è suo loco, praeter תֶּם et תֶּן: tum etiam *kametz*, habens antepenultimum locum ab accentu, si in statu mutabili sit, mutatur in *scheva*; ut פְּקַדְתֶּם pro פָּקַדְתֶּם. Aliquando *kametz* in statu immutabili est, etiamsi accentus deducatur: ut פָּקְדוּ non פִּקְדוּ; ne 3. pers. plur. Praeteriti confunderetur cum 2da sing. foem. Imper.

Afformantes assyllabae dicuntur, hae omnes quae, a vocali incipientes, syllabam per se non constituunt, sed ultimam Verbi literam secum in syllabam conjungi postulant. Et sunt tres:

ָה ex הִיא *illa*, in 3. sing. Praet. tantùm.

וּ et הוּ ex הֵם vel הוּם *illi*, in 3. plur. com. Praet. necnon 3. et 2. plur. mas. Fut. et Imper.

ִי ex אַתְּי *tu foem.* in 2. sing. foem. Futuri et Imperativi (*s*).

Afformantes assyllabae deducunt accentum; et mutant puncta terminalia, *patach*, *tzeri* et *cholem*, in *scheva*: ut פָּקְדָה pro פָּקַדָה, יִפְקְדוּ pro יִפְקֹדוּ, &c.

II. Secunda classis praeformantium nobis exhibet modos; tale est, ה in Infinitivo et Imperativo *Niphhal* cum נ ejus in unam syllabam coeunte: ut הִפָּקֵד pro הִנְפָּקֵד. Quae *Nun* inseritur in prima radicali per *dagesch* forte, et characteristica

(*s*) In 3. pers. Praet. foem. gen. accedit etiam aliquando afformans ָא et ַת; ut פָּקְדָא etiam פָּקְדַת *inspexit illa*: ita in Verbis idem usu venisse nihil mirum; ut *He* foemininum habet vicarium ת in nominibus: in 3. plur. Praet. nec non in 2. plur. masc. Fut. accedit וּן, aliquando (ֻ), (׃), et (ה); ut פָּקְדוּן, פָּקֻד, et פָּקְדָן *inspexerunt* illi *et* illae. In 2. sing. foem. Fut. et Imperat. accedit etiam ין; ut in Imperativo sit פִּקְדִי *inspice foem.* In Futuro sit תִּפְקְדִי *inspicies foem.* et etiam תִּפְקְדִין. In plur. non tantum יִפְקְדוּ *inspicient illi*, sed etiam יִפְקְדוּן et יִפְקְדָן et יִפְקֹד et תִּפְקְדוּ *inspicietis*, masc. et תִּפְקְדוּן. Haec a vetustis pronominibus, הֵם *illi*, et הֵן *illae*, orta esse videntur. Terminatio ֻה, et per nudum *kibbutz*, crebrò occurrit; ut, 1 Sam. xiii. 19. אָמְרֻ pro אָמְרוּ *dixerunt*. Similiter שָׁפְכָה *effusi sint*, pro שָׁפְכוּ, Deut. xxi. 7. Vid. Job. xvi. 16. Jer. ii. 15. Gen. xxvii. 29. &c.

racteristica temporis excludit characteristicam Conjugationis. Praeponitur מ omnibus Participiis, praeter *Kal* et *Niphhal*; et ubique possidet *scheva* mobile: ut מְפַקֵּד *inspectans*; מְהַפְקִיד *inspicere faciens*, pro quo mollius מַפְקִיד. Characteristica temporis enim hîc excludit characteristicam Conjugationis; sic מִתְפַּקֵּד pro מְהִתְפַּקֵּד. Sed hîc tota syllaba הִת non extruditur, sed ה tantùm; ne periret characteristica hujus Speciei.

III. Tertia classis literas אתין continet. Hae Futuro formando, instar augmenti, inserviunt: etiamque, secundum regulas praedictas in *Kal*, coalescunt cum prima radicali per *chirek* ordinariè: nisi quod א magis amet *saegol*, quin et *patach*, si prima fuerit gutturalis; ut יַהֲפֹךְ *vertet*. In *Niphhal* eaedem אתין in syllabam coeunt cum נ; vel potius, ה ex הִן absorbent, ut sit יִפָּקֵד pro יְהִנָּפֵקֵד *inspicietur*. In aliis Speciebus, literae אתין, ה excludunt, et ejus punctum sibi vindicant. Sic, יַפְקִיד *inspicere faciet*, pro יְהַפְקִיד, et אֻפְקַד pro אֲהֻפְקַד *inspici cogar*. At in *Pihhel*, *Pyhhal*, *Pohel*, *Pohal*, *Piblel*, &c. hae characteristicae retinent *scheva*; ut יְפַקֵּד *inspectabit*, אֲפוֹקֵד *vicissim inspectabo*, &c.

IV. Quarta quoque classis *personarum* in illis Futuris, necnon *generum* ac *numerorum*, eisdem literis אתין constituitur.

Omne Futurum formatur a suo Infinitivo.

3. perf. sing. mas. formatur ab Infinitivo, praeponendo י quod ex הִיא; e. g. פְּקֹד, hinc יִפְקֹד.

3. per. plur. mas. formatur praeponendo idem י, et addendo ו aliquando וּן, ad distinguendam a tertia singulari.

3. pers. sing. foem. formatur praeponendo ת: 3tia verò pers. plur. eodem modo, ת praefigendo, et afform. נָה ex אַתֵּנָה addendo, ut distinguatur singularis a plurali; ut תִּפְקֹדְנָה *inspicietis vos foem.*

2. perf. sing. mas. etiam formatur, ת praeposito: et eadem persona in plur. distinguitur a sing. adjiciendo afformantem ו vel הוּ, aliquando וּן; ut תִּפְקְדוּ vel תִּפְקְדוּן.

2. per. sing. foem. habet etiam ת praepositum, et afformantem י ex אַתְּי, ad masculinum a foeminino distinguendum; ut תִּפְקְדִי *inspice tu foem.*

2. pers.

2. perſ. plur. foem. habet etiam ת praefixum et afformantem נָה additum, uti 3. perſ. plur. ut תִּפְקֹדְנָה *inſpicietis vos foem.*

1. perſ. ſing. maſ. ſit, praeponendo א, ex אֲנִי *ego*, ut אֶפְקֹד *inſpiciam*: 1. plur. verò efficitur, praeponendo נ, ex אֲנוּ *nos*, ut נִפְקֹד *inſpiciemus*.

Imperativus etiam a ſuo Infinitivo formatur, ut פְּקֹד *inſpice tu vir.* 2. plur. formatur addendo ו, quae deducit accentum, et mutat ׂ in *ſcheva*; ut a פְּקֹד *inſpice tu*, fit פִּקְדוּ *inſpicite vos viri.* 2. foem. formatur, addendo י ex אַתִּי *tu foem.* inde fit פִּקְדִי *inſpice tu foem.* et 2. plur. foem. addendo afform. נָה; et hinc פְּקֹדְנָה *inſpicite vos foem.* (*t*).

Infinitivi et Participia naturam nominum ſequuntur. Infinitivus enim, in abſtracto, *actionem* et *paſſionem* thematis continet. Participium, *agentem* vel *patientem*, ſive *rem* vel *perſonam*, exprimit. Apparet, ut Infinitiva ad ſubſtantivorum, ſic Participia ad adjectivorum claſſem pertinere.

Infinitivus vocatur *Conſtructus*, cum praefixionem recipit per literas ב כ ל ם *in*, *ſicut*, *ad*, *ex*; ut בִּפְקֹד *in viſitare*, i. e. *viſitando*; כִּפְקֹד *ſicut viſitare*, i. e. *pro viſitando*, vel

(*t*) Praeteritum et Imperativus praeformantibus carent; quòd per afformantes ſatis diſtingui potuerint. Imperativus in 2. maſ. ſing. etiam afformante non indiget; cum enim enunciatum ſit voce *imperioſa*, ſponte notat *juſſum*, aliudve quid, quod huic Modo attribuitur, ſi ad perſonam certam dirigatur, cum *vehementia* quadam et *celeritate* pronuntiationis: ſic פְּקֹד *inſpice*. Affornans 2. foem. ſing. Imp. et Fut. eſt י ex אַתִּי; ita ut ſit פִּקְדִי *inſpice foem.* ex פְּקֹד־אַתִּי *inſpice tu foem.* abſorptis א et ת propter celeritatem pronuntiationis quâ imperium edi ſolet. Conſimilis ratio in 2. foem. Fut. obtinuit; ut תִּפְקְדִי *viſitabis foem.* Affornans נָה veſtigium originis ab הֵנָּה offert; in antiqua ſcriptione יְנָה Ezech. xvi. 50. וַתִּגְבְּהֶינָה *et elatae fuerunt*: primitùs dictum erat תִּפְקֹדְהֵנָּה; unde תִּפְקֹדְיְנָה; et tum תִּפְקֹדְנָה. Aliquando in 2. perſ. foem. gen. in Imperativo omittitur *He*, ut פְּקֹדְןָ; ſic שְׁמַעְןָ *audite*, Gen. iv. 23. et קְרֶאןָ *vocate*, pro קְרֶאנָה, Exod. ii. 20.

vel *quum visitat*, *visitavit*, *visitabit*; לִפְקֹד *ad visitare*, vel *ad visitandum*; מִפְּקֹד pro מִנְפְּקֹד *ex visitare*, *è visitando*: haec Latinorum Gerundia exprimunt. Etiam Supina, per Infinitivum huncce constructum, exprimuntur; ut לִפְקֹד, pro diversa structura, reddi possit *inspectum*, *inspectu*.

Participium duplex in *Kal*; Praesens et Praeteritum: utrumque duplici sub forma. Praesens, nempè, dat פָּעֵל et פּוֹעֵל *faciens*: hoc *Benoni*, i. e. *medians*, vel *in medio situm*, a Rabbinis vocatur. In Praeterito exstat פָּעוּל sive פָּעֻל *factus*, *Pabul* vulgò dictum; itemque פָּעִיל sive פָּעִל, quod *Pabil* nominari etiam possit. Ad motionem et declinationem quod attinet, Participia more adjectivorum declinantur: פָּעֵל in foem. sing. dat פְּעֵלָה et פְּעֶלֶת, in plur. mas. פְּעֵלִים et in foem. פְּעֵלוֹת; *kametz*, habente antepenultimum locum ab accentu, mutato in *scheva*. Eodem modo declinatur פּוֹעֵל. Praeteritum verò פָּעוּל dat tantùm פְּעוּלָה; quia *schurek* ibi immutabile: item פָּעִיל unum foemininum, פְּעִילָה non פְּעֶלֶת; nam *chirek* illud dat notam characteristicam, quae immutabilis. Extra *Kal*, ubique gemina terminatio foeminina obtinet; nisi obstent quae notavimus, pag. 80.

Extra *Kal*, una tantùm Participiorum facies: omniaque, ultra *Niphbal*, a suo Infinitivo formantur, assumendo sibi praeformantem מ; uti suprà dictum.

Paradigmatis loco retinetur Verbum פָּקַד *lustravit*, *inspexit*: ejusque septem tantùm Species hîc exhibitae sunt; quod reliquae omnes ad aliquem horum typorum facillimè reduci queant. Ab Infinitivo incipiendum; quia fons est reliquorum: et terminatur in *cholem*, *tzeri* et *patach*; ut typus sit פְּקֹד, פַּקֵּד, פַּקַּד.

PARADIGMA VERBORUM PERFECTORUM.

I. *PAKAD* vel *KAL.*

Infinitivus.

Constructus.	Absolutus.
פְּקוֹד	פָּקוֹד

Gerundia.

מִפְּקֹד לִפְקֹד כִּפְקֹד בִּפְקֹד

Foemininae Formae.

פִּקְדָה פְּקֻדָּה פִּקְדָה פְּקֻדָה פִּקְדָה

E T

פְּקֹדֶת פֵּקֶדֶת פְּקֻדֶּת

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	פָּקְדוּ	פָּקְדָה	פָּקַד	3.
פְּקַדְתֶּן	פְּקַדְתֶּם	פָּקַדְתְּ	פָּקַדְתָּ	2.
com.	פָּקַדְנוּ	*com.*	פָּקַדְתִּי	1.

Futurum,

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תִּפְקֹדְנָה	יִפְקְדוּ	תִּפְקֹד	יִפְקֹד	3.
תִּפְקֹדְנָה	תִּפְקְדוּ	תִּפְקְדִי	תִּפְקֹד	2.
com.	נִפְקֹד	*com.*	אֶפְקֹד	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
פְּקֹדְנָה	פִּקְדוּ	פִּקְדִי	פְּקוֹד

Parti-

Participium Praesens.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
פּוֹקְדוֹת	פּוֹקְדִים	פּוֹקְדָה } פּוֹקֶדֶת	פּוֹקֵד

Participium Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
פְּקוּדוֹת	פְּקוּדִים	פְּקוּדָה	פָּקוּד

II. NIPHKAD.

Infinitivus absolutus et constructus.

הִפָּקֵד בְּהִפָּקֵד בִּפָּקֵד לְהִפָּקֵד לִפָּקֵד

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	נִפְקְדוּ	נִפְקְדָה	נִפְקַד	3.
נִפְקַדְתֶּן	נִפְקַדְתֶּם	נִפְקַדְתְּ	נִפְקַדְתָּ	2.
com.	נִפְקַדְנוּ	*com.*	נִפְקַדְתִּי	1.

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תִּפָּקַדְנָה	יִפָּקְדוּ	תִּפָּקֵד	יִפָּקֵד	3.
תִּפָּקַדְנָה	תִּפָּקְדוּ	תִּפָּקְדִי	תִּפָּקֵד	2.
com.	נִפָּקֵד	*com.*	אֶפָּקֵד	1.

Imperativus.

הִפָּקֵד הִפָּקְדִי הִפָּקְדוּ הִפָּקַדְנָה

Participium.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
נִפְקָדוֹת	נִפְקָדִים	נִפְקָדָה } נִפְקֶדֶת	נִפְקָד

III. PIK-

III. *PIKKED.*

Infinitivus absolutus et constructus.

לְפַקֵּד   בְּפַקֵּד   פַּקֵּד

Foem.

פַּקְּדוּת   פַּקֶּדֶת   פַּקְּדָה

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	פִּקְּדוּ	פִּקְּדָה	פִּקֵּד	3.
פִּקַּדְתֶּן	פִּקַּדְתֶּם	פִּקַּדְתְּ	פִּקַּדְתָּ	2.
com.	פִּקַּדְנוּ	*com.*	פִּקַּדְתִּי	1.

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תְּפַקֵּדְנָה	יְפַקְּדוּ	תְּפַקֵּד	יְפַקֵּד	3.
תְּפַקֵּדְנָה	תְּפַקְּדוּ	תְּפַקְּדִי	תְּפַקֵּד	2.
com.	נְפַקֵּד	*com.*	אֲפַקֵּד	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
פַּקֵּדְנָה	פַּקְּדוּ	פַּקְּדִי	פַּקֵּד

Participium.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
מְפַקְּדוֹת	מְפַקְּדִים	מְפַקְּדָה / מְפַקֶּדֶת	מְפַקֵּד

IV. *PUKKAD.*

Infinitivus absolutus et constructus.

לְפֻקּוֹד   בְּפֻקּוֹד   פֻּקּוֹד

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	פֻּקְּדוּ	פֻּקְּדָה	פֻּקַּד	3.
פֻּקַּדְתֶּן	פֻּקַּדְתֶּם	פֻּקַּדְתְּ	פֻּקַּדְתָּ	2.
com.	פֻּקַּדְנוּ	*com.*	פֻּקַּדְתִּי	1.

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing,	*m.*	
תְּפֻקַּדְנָה	יְפֻקְּדוּ	תְּפֻקַּד	יְפֻקַּד	3.
תְּפֻקַּדְנָה	תְּפֻקְּדוּ	תְּפֻקְּדִי	תְּפֻקַּד	2.
com.	נְפֻקַּד	*com.*	אֲפֻקַּד	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
פֻּקַּדְנָה	פֻּקְּדוּ	פֻּקְּדִי	פֻּקַּד

Participium.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
מְפֻקָּדוֹת	מְפֻקָּדִים	מְפֻקָּדָה } מְפֻקֶּדֶת }	מְפֻקָּד

V. *HIPH-*

V. *HIPHKID.*

Infinitivus absolutus et constructus.

לְפַקִּיד　　לְהַפְקִיד　　בְּהַפְקִיד　　הַפְקֵד

הַפְקָדוֹת　　הֶפְקֵדֶת　　הַפְקָדָה

Praeteritum.

f.	Plur. *m.*	*f.*	Sing. *m.*	
com.	הִפְקִידוּ	הִפְקִידָה	הִפְקִיד	3.
הִפְקַדְתֶּן	הִפְקַדְתֶּם	הִפְקַדְתְּ	הִפְקַדְתָּ	2.
com.	הִפְקַדְנוּ	*com.*	הִפְקַדְתִּי	1.

Futurum.

f.	Plur. *m.*	*f.*	Sing, *m.*	
תַּפְקֵדְנָה	יַפְקִידוּ	תַּפְקִיד	יַפְקִיד	3.
תַּפְקֵדְנָת	תַּפְקִידוּ	תַּפְקִידִי	תַּפְקִיד	2.
com.	נַפְקִיד	*com.*	אַפְקִיד	1.

Imperativus.

f.	Plur. *m.*	*f.*	Sing. *m.*
הַפְקֵדְנָה	הַפְקִידוּ	הַפְקִידִי	הַפְקֵד

Participium.

f.	Plur. *m.*	*f.*	Sing. *m.*
מַפְקִידוֹת	מַפְקִידִים	מַפְקִידָה / מַפְקֶדֶת	מַפְקִיד

VI. *HOPHKAD.*

Infinitivus absolutus et constructus.

לְהָפְקֵד   בְּהָפְקֵד   הָפְקֵד

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	הָפְקְדוּ	הָפְקְדָה	הָפְקַד	3.
הָפְקַדְתֶּן	הָפְקַדְתֶּם	הָפְקַדְתְּ	הָפְקַדְתָּ	2.
com.	הָפְקַדְנוּ	*com.*	הָפְקַדְתִּי	1.

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תָּפְקַדְנָה	יָפְקְדוּ	תָּפְקַד	יָפְקַד	3.
תָּפְקַדְנָה	תָּפְקְדוּ	תָּפְקְדִי	תָּפְקַד	2.
com.	נָפְקַד	*com.*	אָפְקַד	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
הָפְקַדְנָה	הָפְקְדוּ	הָפְקְדִי	הָפְקַד

Participium.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
מָפְקָדוֹת	מָפְקָדִים	מָפְקָדָה / מָפְקֶדֶת	מָפְקָד

VII. *HITH-*

VII. *HITHPAKKED.*

Infinitivus absolutus et constructus.

הִתְפַּקֵּד בְּהִתְפַּקֵּד לְהִתְפַּקֵּד

Foem.

הִתְפַּקְּדָה הִתְפַּקֶּדֶת הִתְפַּקְּדוּת

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	הִתְפַּקְּדוּ	הִתְפַּקְּדָה	הִתְפַּקֵּד	3.
הִתְפַּקַּדְתֶּן	הִתְפַּקַּדְתֶּם	הִתְפַּקַּדְתְּ	הִתְפַּקַּדְתָּ	2.
com.	הִתְפַּקַּדְנוּ	*com.*	הִתְפַּקַּדְתִּי	1.

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תִּתְפַּקֵּדְנָה	יִתְפַּקְּדוּ	תִּתְפַּקֵּד	יִתְפַּקֵּד	3.
תִּתְפַּקֵּדְנָה	תִּתְפַּקְּדוּ	תִּתְפַּקְּדִי	תִּתְפַּקֵּד	2.
com.	נִתְפַּקֵּד	*com.*	אֶתְפַּקֵּד	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
הִתְפַּקֵּדְנָה	הִתְפַּקְּדוּ	הִתְפַּקְּדִי	הִתְפַּקֵּד

Participium.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
מִתְפַּקְּדוֹת	מִתְפַּקְּדִים	מִתְפַּקְּדָה מִתְפַּקֶּדֶת	מִתְפַּקֵּד

APPEN-

APPENDIX.

De Punctatione Primae et Secundae Radicalis, et de Convenientia Verborum Arabicorum cum Hebraicis.

OBSERVATU dignum est, Linguam Hebraeam caeterasque Orientales hoc sibi proprium habere, nempè, quod *geminatio* unius literae radicalis significationem auget; e. g. פָּקַד *inspectavit*, *diligenter inspexit*, פִּקְדֵּד *inspexit cum habitu*: si verò media et tertia radicalis geminetur, auctae literae significationem maximè augent; ut פְּקַדְקַד *identidem inspectavit*, אֲדַמְדָּם *valde rubicundus*. Vid. p. 116. Si insuper syllaba הִת hisce praeponatur, frequentativa vis additur; e. g. הִתְפַּקְדֵּד *inspectavit cum habitu*; ubi *frequentia et assiduitas actionis* cum *habitu* denotatur.

Ex hocce Conjugationum typo, quivis videre possit, Omnia Praeterita easdem afformantes ac primam Speciem sive *Kal* habere; ut פָּקַד, פָּקְדָה ; נִפְקַד, נִפְקְדָה ; פִּקֵּד, פִּקְּדָה ; פֻּקַּד, פֻּקְּדָה, &c.

Omnia etiam Futura eisdem gaudent, tum praeformantibus tum afformantibus, ac Fut. 1mae Speciei; et formantur a suis Infinitivis, proprias praeformantes et afformantes cuique personae praeponendo: sic, a פְּקֹד Infin. 1mae Spec. fit 3tia pers. Fut. יִפְקֹד; ab הִפָּקֵד Infin. *Niph*. formatur 3tia pers. sing. Fut. יִפָּקֵד: characteristicâ Temporis excludente characteristicam Conjugationis, Ab Infin. 3tiae Spec. פַּקֵּד fit יְפַקֵּד; et ab פֻּקַּד fit יְפֻקַּד, &c. Ab Infin. 5tae Spec. הַפְקִיד fit יַפְקִיד; et in pass. forma, ab הָפְקַד fit יָפְקַד, &c.

Ab Infin. etiam 7mae Spec. הִתְפַּקֵּד fit יִתְפַּקֵּד, &c. Hîc, characteristica Temporis nondum excludit duas literas ה ת, sed unam tantum, nempè ה; ne tum periret omninò characteristica Conjugationis.

De Punctatione Praeformantium et Primae Radicalis.

SI *Nun* accesserit, coït in unam syllabam cum prima radicali per *chirek* breve, *kametz* ejusdem in *scheva* converso, ita ut fit נִפְקַד. Si prima fuerit gutturalis, *saegol* adhibetur; ut נֶהְפַּךְ *conversus est*: nonnunquam et *patach*; ut נַחְתּוֹם *obsignatum fuit*, et נַעְתּוֹר *exoratus fuit*, 1 Chron. v. 20.

Haec formatio etiam in Praet. et Part. obtinet. Infin. aliquando

do eandem retinet; ut נִלְחוֹם *conferi in praelium*, Jud. xi. 25. נִדְמָה *exscindi;* נִשְׁאַל *rogari;* נִשְׁלוֹחַ *mitti.* Hisce tamen syllaba הִן plerumque praemittitur, manente *kametz* primae radicalis immobili.

Si prima sit *gutturalis* vel *Resch*, *chirek* producitur in *tzeri;* ut הֵאָכֵל *comedi;* יֵרָאֶה *conspicietur.* Pauca habent *saegol;* ut אֶעָנֶה *exaudiar*, Job, xix. 7. Clar. Schultensius existimat הִן obtinuisse in Futuro, absorptum tamen fuisse per literas אתין; ut יִפָּקֵד pro הִנְפָּקֵד. Pro הִן Aramaei sonant אִן; unde אִדָּרֵשׁ *requiri*, pro הִנָּדֵרֵשׁ.

He, in *Hiphhil* et *Hophhal*, coalescit etiam cum prima radicali in unam syllabam. In Praet. ה ordinariè habet *chirek*; ut הִקְשִׁיב *auscultavit*, propriè, *purificavit aurem*, per ellipsin vocabuli אֹזֶן: aliquando *saegol;* ut הֶרְאָה *videre fecit;* הֶכְלִים *ignominia affecit*, 1 Sam. xxv. 7. praecipuè cum prima est gutturalis; ut הֶעְלִים *obsignatum fecit.* Ex dialecto Aramaea, pro ה etiam א adhibitum; ut אֶגְאִיל *contaminavit*, Es. lxiii. 3. הֶאֱזְנִיחַ, Es. xix. 6. ex ה emphatico reddendum per *ecce* vel *sanè*; et א est pro ה; atque pro הֶהֱזְנִיחוּ elegantiùs elatum הֶאֱזְנִיחוּ *ecce semet subduxere fluvii.* Extra Praeteritum, adhibetur *patach*; ut אַשְׁכִּים *mane surgere*, מַשְׁמִיעַ *audire faciens:* attamen *chirek* aliquando manet; ut מִרְשַׁעַת *inquietans*, 2 Chron. xxiv. 7. הִדְרִיךְ *calcare*.

In *Hophhal*, prima radicalis est *kametzchatuph* vel *kibbutz*; ut הָשְׁכַּב et הֻשְׁכַּב *procumbere factus est.* Si prima sit gutturalis, pro הָעְלָה exsistit הָעֳלָה *ascendere fecit*, cum *schev.* composito.

In Conjugationibus *dageschatis*, cùm media *dagesch* forti notatur, *kametz* sub prima radicali corripitur in vocalem brevem *patach*, vel in *saegol*, vel in *chirek:* in passiva verò, in *kametzchatuph* et *kibbutz.* In Praeterito, *chirek* sub prima radicali usitatissima; ut פִּקֵּד: ante gutturales, vocalis longa fit vice brevis; צֵעָה pro צִעָה *inclinavit in latus;* רֵעָה pro רִעָה *comparavit, socius fuit;* בֵּעֵר pro בִּעֵר *removere;* יְתָעֵב *abominabitur*, pro יְתַעֵב Psal. v. 7. Sic בֵּרֵךְ pro בִּרֵךְ *valde benedixit:* rariùs *patach* habet; ut נַשָּׁה *oblivisci fecit*, Gen, xli. 51. secundum dialectum Arabicam, Chaldaicam et Syriacam,

Idem *chirek* in Infin. et Imper. occurrit nonnunquam; ut נִאֵץ נִאַצְתָּ *irritando irritâsti*, 2 Sam. xii. 14. Sic הִלֵּץ *extrahere*, Lev. xiv. 43. בִּזַּר *dispergere*, Psal. lxviii. 31. Etiam *saegol* aliquando,

quando, ut patet, חָנַן pro חָנֵּן *miserari*, Psal. ciii. 4. uti etiam ex derivatis multis, hac Specie et forma impressis; ut לַהַב *flamma*, גַּחַל *pruna*, פֶּחָם *carbo*.

Forma rarior occurrit, ubi media *dageschabilis* etiam *dagesch* forte abjicit, adhibita compensatione; ut חֵתֵל *illusit*, pro הִתֵּל; sic etiam תְּאָכֵל pro תְּאֻכַּל, Job. xx. 26. Hebraei omittunt *dagesch* forte in gutturalibus et *Resch*, vocali brevi vel servata vel producta in oppositam longam.

Passiva *Pyhhal* aequè admittit *kametzchatuph* ac *kibbutz*; e. g. שָׁדַד et שֻׁדַּד *vastatus magnopere fuit;* מְאָדָם et מְאֻדָּם *rubefactus*. Ante *indageschabiles*, compensatio fieri vel negligi possit; sic בֹּחַר et בֻּחַר *electus fuit*: ita מְבֹחֶלֶת, part. in *Pyhhal*, Prov. xx. 21. a בָּחַל *avarus fuit;* et דֹּחָה *impulsus fuit*, exstat, Psal. xxxvi. 13. דֹּחוּ.

Hithpahel ubique *patach* sub 1ma rad. retinet; ut הִתְהַלֵּךְ, Gen. xvii. 1. Notandum, quod *Onkelos*, LXX. *Interp.* et omnes Vers. simplicem tantùm *actum ambulandi* exprimunt: non satis verò ad genuinum hujus Speciei sensum explicandum; quae *indesinentem* et non *intermissam actionem* prae se ferre debeat. Aliquando *saegol* adhibetur; ut יִתְנֶחָם, Deut. xxxii. 36. הִטֶּהָרוּ *purificarunt sese*. Ante *indageschabiles*, *patach* vel manere potuit, vel produci in *kametz*; sic הִתְפָּעֵם *contundere sese*, Dan. ii. 1. הִתְבָּרֵךְ *benedictum se ferre* aut *jactare*.

In hac verò Specie, transpositio fit primae radicalis in locum praeformantis ת, et vice versa: 1. Characteristica ת transponitur in locum praeformantis, cum prima radicali, si ea sit ex sibilantibus ז ס צ שׁ שׂ; ut הִסְתַּתֵּר pro הִתְסַתֵּר *abscondidit se*: sic הִשְׂתַּכֵּר *elocavit se*: transpositio negligitur in הִתְשׁוֹטֵט, Jer. xlix. 3. *discursavit*; ne tria *t* in *hishtotet* convenirent. 2. Si prima radicalis fuerit ז, ת transpositum insuper mutatur in ד, invitante scil. sono *ds*, qui sub elemento isto residet; sic הִזְדַּכֵּר *hidsdaccer*, pro *hisdsdaccer*, ob suavitatem: at si prima fuerit צ, pro ת ponitur ט; ut הִצְטַדֵּק *justificavit semet*, pro הִתְצַדֵּק. 3. Item ת in primam radicalem per *dagesch* forte saepissimè inseritur, ad molliorem pronuntiationem; ita הִצַּדֵּק pro הִתְצַדֵּק: sic הִזַּכּוּ *purgavit se*, Esa. i. 16. הִכַּסֶּה *texit se*, Prov. xxvi. 26. sic הִשּׁוֹמֵם pro הִתְשׁוֹמֵם, quod aliàs הִשְׁתּוֹמֵם, Eccles. vii. 19. Verba quoque incipientia a literis ד ט ת habent, eodem modo, praeformantem ת sibi insertam per *dagesch* forte; ut הִדַּבֵּר pro הִתְדַּבֵּר *elocutus est*: hoc tamen non semper fit; nam exstat

stat מִתְדַּפֵּק *pulsitans*, Jud. xix. 22. Item הִטַּהֵר *mundavit se*, pro הִתְטַהֵר; etiam הִתַּמָּם *integrum se praebuit*, pro הִתְתַּמָּם.
Praeformans etiam ת inseritur per *dagesch* forte, saepe in Verbis incipientibus a *Nun*; ut הִנַּבֵּא pro הִתְנַבֵּא *prophetam egit*. Passivum הֻתְּ et הת eisdem legibus subjectum fuisse, non est dubitandum.

De Punctatura Secundae Radicalis.

I. INFINITIVUS *Kal* amat *cholem* et *patach*, rariùs *tzeri*; ut גְּדַל *crescere*, Gen. xxvi. 13.

Praeteritum usitatissimè habet *patach*, saepe tamen *tzeri*; ut חָדֵל *flaccidus fuit, cessavit*: rariùs *cholem*; ut יָקֹשׁ *aucupem egit*. Pro *patach*, saepe occurrit *kametz*, ob accentum pausantem; ut יָשָׁב *sedit*, Psal. i. 1. *Kametz* quoque exstat in tertiis personis Praet. cùm affixa accedunt; ut פְּקָדַנִי *inspexit me*. Pro *tzeri* et *cholem*, oppositae breves veniunt, si accentus deducatur vel absit; ut יְלִדְתִּיךָ *genui te*, pro יָלַדְתִּי.

Futurum plerumque recipit *cholem* et *patach*, praesertim si ultima sit gutturalis; ut יִשְׂמַח *laetabitur*, יִגְבַּהּ *altifrons fuit*: rariùs *tzeri*, quod tamen perpetuum in יִתֵּן *dabit*, a נָתַן. Rarissimum *schurek*; תִּשְׁמוּרֵם *custodies eos*, Prov. xiv. 3. יִשְׁפּוּטוּ *judicabunt*, Exod. xviii. 26. Pro *patach*, venit etiam hîc *kametz* in pausa et affixione. Imperativus omnibus hisce Futuri legibus subjicitur. Participium Praesens habet ferè *tzeri*: cum ultima gutturali exstat et *patach*; ut רוֹקַע *extendens*: praesertim in regimine; ut אוֹבַד עֵצוֹת *periens consiliorum*.

Participium *Pahhul*, partim in *schurek* partim in *chirek* longum terminari, hactenus monuimus: e. g. בָּטוּחַ *confisus*, פְּקִדִים *praefecti*.

II. *Niphhal*, in Infinitivo ordinariè habet *tzeri*, aliquando *cholem*; ut הֵאָכֵל *comedi*, אִדָּרֵשׁ *requiri*, Ezech. xiv. 3. per *Aleph* loco *He*; quod Arabibus perpetuum: item cum solo נ; ut נִכְסֹף *tabescere desiderio*, Gen. xxxi. 30. נִשְׁאֹל *rogatione uti*, 1 Sam. xx. 6. *Patach* etiam admittitur cum gutturalibus et *Resch*. Absentia accentûs, pro *cholem* et *tzeri*, postulat breves oppositas; ut הִשָּׁמֶדְךָ *deleri tui*, vel *internecio tui*.

Praeteritum ordinariè habet *patach*, producendum in *kametz* ob pausam. Admittit et *cholem*; ut נחתום pro נחתום *obsignatum fuit*, נֶהְפּוֹךְ *inversus fuit*.

Futurum

Futurum *tzeri* possidet, in *saegol* migrans per retractionem accentûs ad penultimam cum *Waw* conversivo; ut וַיִּפְקֹד. Etiam sine eo; ut תִּשָּׁבֵר *confringetur*, Eccles. xii. 6. יִלָּכֵד *capietur*. *Patach* quoque sat frequens; ut יִשָּׁכַח *oblivioni dabitur*, Psal. ix. 19. וַיִּנָּפַשׁ *recreatus est*, Exod. xxxi. 17. יֵרָדֵם *sopitus est*. *Cholem* parciùs occurrit in Verbis perfectis.

Imperativus eisdem legibus subjacet; nam, pro הִשָּׁמֵר fit הִשָּׁמֶר, retracto accentu ad penultimam, Gen. xxiv. 6.

Participium amat *kametz*; nam נִמֹּלִים *circumcisi*, Gen. xxxiv. 24. arguit et *cholem* admissum.

III. *Pihhel*, in Infinitivo, *tzeri*, *patach*, *cholem*, habet: *saegol* et *chirek* breve quoque promiscuè pro *tzeri* exsistunt, accentu absente.

In Praeterito frequentissimum *tzeri*, saepe *patach* cum gutturalibus et *Resch*; ut שִׁלַּח pro שִׁלֵּחַ *dimisit*; אִבַּד *periit*. Nonnulla *saegol* recipiunt; ut כִּבֶּס *lavit*, כִּפֶּר *expiavit*, &c. In Futuro et Imperativo similiter, *tzeri*, *saegol* et *patach*, obtinent.

Participium exit in *tzeri*, rariùs in *patach*.

IV. *Pyhhal* etiam in Infinitivo retinet *cholem*; ut גֻּנֹּב *furto surripi*, Gen. xl. 15.

Praeteritum et Futurum amant *patach*.

Imperativus huic Speciei adfuisse videtur; ex Esa. viii. 9. רֹעוּ *sociamini*, רֹעָה *sociatus fuit*, pro רֻעָה.

Participium habet *kametz*; ut מְדֻבָּר *dictus*, Psal. lxxxvii. 3. מְאָדָּם *rubefactus*, Nah. ii. 3. מְעֻשָּׁקָה *oppressa*, Esa. xxiii. 12.

V. *Hiphhil* ubique amat *chirek* longum et *tzeri*; promiscuè dicitur הַעֲבִיר *traducere*, et הַעֲבֵר; exstat לַנְפִּל pro לְהַנְפִּיל, Num. v. 22. Istud *tzeri* saepe scribitur cum *Jod* quiescenti; ut הַבִּיט *vibrare aciem oculi*, יַגִּיד *indicabit*, הַעֲמִיד *constituere*.

Propter gutturales et *Resch*, saepe adhibitum *patach*; ut תַּכְנַע *et contusum dedit*; וַיַּצְמַח *et micare fecit*, Gen. ii. 9.

VI. *Hophhal* in Infinitivo habet *tzeri* et *patach*; e. g. הָחְתֵּל *fasciari*, הָחֳרֵב *vastari*, הוּסַד *fundari*.

Praeteritum et Futurum habent *patach*, ob pausam etiam in *kametz* producendum: sic הָשְׁלַךְ *projectus fuit*, fit הָשְׁלָךְ.

Imperativum quoque *patach* habuisse analogia suadet. Hinc הָשְׁכְּבָה cum *He* paragogico, pro הָשְׁכַּב, Ezech. xxxii. 19. *dejicitor*, propriè, *procumbere adigitor*; הָפְנוּ Jer. xlix. 8. *obvertimini*, propriè, *obverti cogimini*.

Participium

Participium *kametz* possidet; ut מֻשְׁלָךְ *projectus*, מֻקְרָח *decalvatus*, מֻאֳחָז *apprehensus*.

VII. *Hithpahhel* gaudet ubique duobus, *tzeri* et *patach*; ut הִתְחַזֵּק et הִתְחַזַּק *corroboravit se*. In pausa, pro *patach* admittitur *kametz*; ut תִּתְפַּתָּל *intorques temet*, Psal. xviii. 27. יִתְבַּקָּעוּ *diffindent se*, Mich. i. 4. Accentu absente, *tzeri* illud corripi potest in *saegol* et *chirek* breve; ut וְהִתְגַּדִּלְתִּי וְהִתְקַדִּשְׁתִּי *et magnificabo me, et memet sanctificabo*, Ezech. xxxviii. 23.

Hothpahel item in *patach* et *tzeri* potuisse terminari patet ex exemplis allatis, p. 115.

Pohel et *Pohal* convenit per omnia cum *Pyhhel* et *Pyhhal*.

Hithpohel habet pro terminali puncto *tzeri*.

Pehalhal sequitur *Kal*.

Pihlel et *Pahlel* imitatur *Pihhel* et *Pahhel*.

Caeterae Species nullam difficultatem in se habent.

De Convenientia Linguae Arabicae cum Hebraea, in Formatione Verborum et Temporum.

CONVENIENTIA Linguae Arabicae cum Hebraea, prima fronte unicuique rem diligenter perpendenti, apparebit: Arabes enim eadem Tempora, quae Hebraei, habent; nempè, Praeteritum, Futurum et utrumque Participium.

Modi pares numero; Indicativus, Imperativus et Infinitivus. Genera quoque eadem. Est et Arabibus dualis numerus, in Verbis aequè ac Nominibus. Verisimillimum etiam, Hebraeos, vigente sua lingua, huncce numerum habuisse. In Novo Testamento, dualis rarò occurrit; qui tamen apud Poetas frequens, licèt apud Oratores rarior sit.

Verbum perfectum Arabicum constat tribus literis radicalibus eisdemque mobilibus ac praesentibus, uti Hebraeum. Unica tantum etiam Arabibus Conjugatio. Affinitas quoque, ex convenientia Specierum seu Conjugationum in utraque lingua, clara, tum formis tum significatione. Sed haec latius jam prosequi, longius nos ab incepto deduceret: at, Deo volente, fusius alibi demonstrabuntur.

Harmonia in personis formandis ad unguem cum Hebraea convenit: variae enim personae, addendo radici ultimam syllabam Pronominis, ad varias personas distinguendas, formantur; nam afformantes Praeteritorum in utraque lingua eaedem sunt. Conspectus verò Praeteritorum, tum in Hebraica tum in Arabica Lingua, affinitatem hancce confirmabit.

Praet. Arab.			*Praet. Hebr.*		
Sing.			**Sing.**		
فَقَدَتْ	فَقَدَ		פָּקְדָה	פָּקַד	3.
فَقَدْتِ	فَقَدْتَ		פָּקַדְתְּ	פָּקַדְתָּ	2.
	فَقَدْتُ			פָּקַדְתִּי	1.
Plur.			**Plur.**		
فَقَدْنَ	فَقَدُوا		*com.*	פָּקְדוּ	3.
فَقَدْتُنَّ	فَقَدْتُمْ		פְּקַדְתֶּן	פְּקַדְתֶּם	2.
	فَقَدْنَا			פָּקַדְנוּ	1.

In 3. perſ. foem. Praet. exſtitit in Lingua Hebraea פָּקַדַת aequê ac פָּקְדָה: ſic in 3. plur. aliquando, more Arabum, uſurpatur פָּקְדוּא aequè ac פָּקְדוּ. פָּקַדְנָה olim in uſu fuiſſe videtur in 3tia foem. aequè ac in Arabica. Quod ad caeteras perſonas; omnia conſimilia. Namque omnia Praeterita eodem modo terminantur. Quod ad puncta vocalia ſpectat; Arabes adhibent, ſupra primam radicalem, vocalem *phata*, ejuſdem indolis cum *kametz* Hebraeorum, mora longiore ſonandam propter accentum retractum. Vid. Clav. Dialect. p. 230. Supra ſecundam radicalem, habent etiam vocalem eandem; et, pro *ſchevate* Hebraeorum, ſub tertia adhibent etiam *phata* exiliter, ex Dialecto, ſonandam, فَقَدَ *phakade, inſpexit*.

Eadem harmonia etiam in Futuris regnat: Futura enim, in Lingua Arabica, uti in Hebraea, ope praeformantium et afformantium efficiuntur. Praeformantes Futurorum ſunt eaedem ac in Hebraea literae اتين אתין: *Eliph* enim format primam ſingularem; ut *Nun*, pluralem; *Je* ſecundam ubique perſonam, et tertiam quoque foemininam in ſingulari et duali; *Te* tertiam maſculinam et foemininam quoque in plurali. Afformantes ſunt يونا יונא eaedem ac in Hebraea. Sed, uti haecce affinitas clarius appareat, ob oculos ponamus ſchema Futuri in utraque lingua.

Fut.

Fut. Arab.		*Fut. Hebr.*		
Sing.		Sing.		
تَفْقُدْ	يَفْقُدْ	תִּפְקֹד	יִפְקֹד	3.
تَفْقُدِي	تَفْقُدْ	תִּפְקְדִי	תִּפְקֹד	2.
	أَفْقُدْ		אֶפְקֹד	1.
Plur.		Plur.		
تَفْقُدْنَ	يَفْقُدُوا	תִּפְקֹדְנָה	יִפְקְדוּ	3.
تَفْقُدْنَ	تَفْقُدُوا	תִּפְקֹדְנָה	תִּפְקְדוּ	2.
	نَفْقُدْ		נִפְקֹד	1.

Hîc appoſuimus Futurum Arabicum apocopatum, ubi apocope tollit vocalem finalem *damma*; uti haec forma eſt prorſus Hebraica. Dualem numerum Arabicum omiſimus, quòd nondum apud Hebraeos uſurpetur. Quiſque ſummam convenientiam in hiſce perſpicere poteſt. Tertia perſ. pluralis foem. apud Arabes, differre ab Hebraeis videatur, ubi praeformans يـ uſurpatur pro ת Hebraeorum: ſed hoc etiam Hebraeis familiare fuiſſe quoque, docet יַעֲמֹדְנָה *ſtabunt foeminae*, Dan. viii. 22. pro uſitatiſſimo תַּעֲמֹדְנָה; ſic יֵחַמְנָה *incaleſcent foem.* pro תֵּחַמְנָה, Gen. xxx. 38. &c.

Ratio Imperativorum formandi eadem quoque eſt quae Hebraeis; ſpiritu tantùm leni in primae Speciei Imperativo praemiſſo:

Imper. Arab.		*Imper. Hebr.*		
Plur.	Sing.	Plur.	Sing.	
أُفْقُدُوا	أُفْقُدْ	פִּקְדוּ	פְּקֹד	2. m.
أُفْقُدْنَ	أُفْقُدِي	פְּקֹדְנָה	פִּקְדִי	2. f.

Sine

Sine hoc *Eliph* praemiſſo, more planè Hebraeo formaſſe eos demonſtrant, بَجِّلْ *propera*, pro أَبْجِلْ, نَزِّلْ *deſcende*, pro أَنْزِلْ &c.

Participium *Benoni* Hebraeorum convenit cum illo Arabum فَاقِدٌ: Participium *Pahul*, פָּקוּד cum فَقُودٌ et פָּקִיד cum فَقِيدٌ. Mirabilis etiam eſt convenientia Participiorum in aliis Speciebus vel Conjugationibus, quae etiam, uti in Hebraea, formantur praeponendo *Mem* ſuis Infinitivis: e. g. مُفَقِّدٌ מְפַקֵּד מְפֻקָּד مُفَقَّدٌ, מִפְקָד مُفْقَدٌ, &c.

Eadem harmonia in Infinitivis regnat.

Convenientia haecce utriuſque linguae in Verbis quadriliteris clara eſt. Multa exempla hìc promere non vacat; ſufficiant ſequentia, loco ſpeciminis: تَرْجَمَ *interpretem egit*, תַּרְגֵּם; تَلْمَذَ *diſcipulum egit*, תַּלְמֵד. Iidem ordines, eaedem Verborum claſſes, in Arabicis, ac in Hebraeis. Maxima affinitas in Verbis incipientibus a *Nun*: etiamſi Arabes ſaepiſſimè inſertionem primae radicalis, ſecundum indolem ſui Climatis, refugiunt. Arabes etiam veſtigia Hebraeorum premunt in Verbis quae ſecundam et tertiam radicalem ſimilem, ad pronuntiationem emolliendam, habent. Maxima eſt harmonia in Verbis deſinentibus in *Nun* et *Thau*; quae, per compendium, ultimam radicalem, euphoniae cauſa, afformantibus inſerunt. Eadem harmonia regnat in Verbis incipientibus ab *Aleph*, *Waw* et *Jod*; uti etiam in illis Verbis quae eaſdem literas in medio et fine poſſideant: ſed haecce obiter annotabimus in ſuo loco. Denique, convenientia tam perſpicua, ut opus tantùm ſit, ut aliquis legere diſcat, ad percipiendam eandem affinitatem regnare in hiſce linguis ac in Dialectis Graecis.

Cùm haecce convenientia et affinitas per omnia Tempora et Species Verborum regnet, quiſque ſtudio partium vacuus, planè utilitatem Linguae Arabicae, ad Linguam Hebraeam illuſtrandam, perſpiciet; gratoque animo hocce auxilium, ad Oracula Divina enodanda et enucleanda ſubminiſtratum, amplectetur.

CAPUT

CAPUT II.

De Verbis Imperfectis.

VERBA Imperfecta ſunt, vel ita vocari ſolent, quae numerum trium radicalium excedunt, vel eundem non implent: partim per *eliſionem*, adhibito *dageſch* forti, quem *defectum* appellant; partim per *quietem*, cùm aliqua ex literis אוי motum ſuum organicum amittit.

Sic *tres* exſiſtunt *Ordines* talium Verborum, quorum quiſque varias ſuas Claſſes habeat; 1. *Pluriliterorum*, 2. *Defectivorum*, 3. *Quieſcentium:* haecce diviſio omnium juſtiſſima et commodatiſſima videtur.

Cavendum eſt, ne *Imperfectorum Verborum* appellatio falſam horum naturae ideam pariat; quaſi aliquid verae imperfectionis iis adhaereat, aut alterius ſint tum naturae tum conditionis, quod ad ipſam originem, quàm Verba Perfecta. Talis praejudicata opinio multos viros doctos plus minuſve implicuit.

SECT. I.

De Verbis Pluriliteris.

PRIMUS Ordo Verborum Imperfectorum eſt *Pluriliterorum:* qui duas aut tres continet Claſſes; vel ea tantùm complectitur Verba quae è *quatuor* aut *quinque* rariùs *ſex* diverſis radicalibus conflantur, vel ſaltem pro compoſitis haberi poſſunt: qualia ſunt quae, apud Graecos et Latinos, è Nomine et Verbo coaleſcunt (*u*). Compoſita per praepoſitiones, Orientales linguae penitùs ignorant.

I. Prima

(*u*) Plurilitera, propriè dicta, ſunt illa Verba quae per compoſitionem formantur: uti, apud Latinos, *trucidare*, *belligerare*, *multiplicare*. Graeca lingua talibus abundat. Talia Verba, apud Arabes, ex gemina radice concreſcunt: e. g. קָרְצֵב قَرْضَبَ *vulſim*

I. Prima Claſſis continet ſub ſe illa Verba quae conſtant ex *quatuor* literis radicalibus; e. g. רִטְפַשׁ *recreatus fuit*, Job. xxxiii. 25. כִּרְסֵם vel כִּרְסֵם *evaſtavit*, Pſal. lxxx. 14. פַּרְשֵׁז *expandit*, Job. xxvi. 9.

Haecce Verba normam punctationis in *Pibbel* et *Pybbal* ſequuntur. Hinc, vivente lingua, tres ad minimum Species, *Pibbel*, *Pybbal*, *Hithpabbel* imitantes, inde ductae fuerunt:

1. רִטְפֵּשׁ vel רִטְפַּשׁ a רָטֹב *maduit*, et פּוּשׁ *turſit*, q. d. *recenti virore turgeſcere*.

2.

vulſim caedere, ex קָרַץ *vellere*, et קָצַב *caedere*: ſic חִרְצֵב *acriter ſculpſit, incidit*; unde חַרְצֵב et in foem. חַרְצֻבָּה *nodus dolorve acerrimus*, Pſal. lxxiii. 4. ex חָרַץ et צָבַב.

Sunt et aliae adhuc formae quadratae, quae minus ritè in cenſum imperfectorum referantur; viz. תַּחֲרָה pro תִּתְחָרֶה unde, Jer. xii. 5. תְּתַחֲרֶה in Fut. *miſcebis te in certamen, concertabis*. Quidam volunt eſſe Fut. *Hithpahbel*, a חָרָה *arſit*. Clar. Schultenſio videtur eſſe forma Perfecti per ת praeformativam; quale תִּרְגֵּם Chald. et Arab. تَرْجَمَ *interpretem egit*; ita תִּלְמֵד تَلْمَذَ *diſcipulum egit*: ſic, Hoſ. xi. 3. תִּרְגַּלְתִּי a תִּרְגֵּל *pediſſequum egit*, ſecundum Schultenſium; Coccejus verò reddit, *pedem contulit*.

Alteram Speciem Verbi quadrati praebet הִשְׂמְאִיל *ſiniſtram petivit*; hinc שְׂמֹאל *ſiniſtra*, a שָׂמַל *involvit*; hinc שְׂמָאלִי *ſiniſter*. Exſtitit ergo Species, quae inter ſecundam et tertiam radicalem א inſeruit. Multa talia apud Arabes ſervantur. Catalogo pluriliterorum inſeruntur a quibuſdam quadrata, quae a Verbis defectivis med. rad. necnon quieſcentibus media itemque tertia radicali deſcendunt; ut גִּלְגֵּל *volutavit*, pro גִּלֵּל a גָּלַל; חִלְחֵל *dolere*, a חוּל poſt ſuppreſſam mediam ו, prima et tertia reduplicatis. Creduntur et a quieſcente tertia *He* naſci; ut שִׁעֲשַׁע *oblectavit ſe*, vulgò a שָׁעָה, ſed potius a שׁוּעַ *laxo gutture fuit*; hinc in Pſal. xliv. 19. in Fut. יְשַׁעֲשְׁעוּ, ut frequentativum הִשְׁתַּעֲשְׁעוּ, Pſal. cxix. 16. Hinc tres ſpecies: 1. גִּלְגֵּל *volutavit*, a גָּלַל, item *rotavit ſe*, a גּוּל vel גִּיל. 2. גָּלְגַּל paſſivum utriuſque. 3. הִתְגַּלְגֵּל utriuſque frequentativum cum vi reciproca. Si prima fuerit ſibilans, mira naſcitur fractio; ut הִשְׁתַּקְשֵׁק pro הִתְשַׁקְשֵׁק *diſcurſitare*, a שׁוּק et שָׁקַק.

2. רִטְפַּשׁ vel רֻטְפַּשׁ *recenti virore turgescere factus est.*
3. הִתְרַטְפֵּשׁ *recenti virore sese turgere ostendit, jactavit,* &c. Derivatorum copia, in lingua Chald. Syr. et Arab. hoc genus latè fusum per linguam Hebraeam, arguit; ut גַּלְמוּד ex גָּלַד *durus fuit,* et גָּמַד *glaciatus fuit:* hinc גַּלְמַד *edaruit in glaciem aut saxum.*

II. Secunda Classis illa Verba sub se habet, quae *quinque* literis radicalibus gaudent: שַׁלְאֲנַן *liquidissimè defaecatus, liquidò tranquillus fuit,* ex שָׁלָה *defaecatus fuit,* et אָנַן *fluxit,* Job. xxi. 23. notat *securitatem liquidissimam et felicissimam.* Varia derivata hancce classem confirmare videntur חַלָּמִישׁ *glaberrimus silex,* ex חָלַק *glaber fuit,* et מִישׁ *palpatio,* a מוּשׁ *palpavit;* עֲטַלֵּף *vespertilio,* a עָטַל *obscurus fuit,* et עוּף *volavit,* quasi a עֲטַלְעֵף *in obscuritate volitans,* &c. Derivatum שְׁקַעֲרוּרָה *cavitas* sive *lacuna,* a שָׁקַע *sidere,* et קָעַר *cavum esse,* arguit radicem שְׁקַעֲרַר, quae conjugari videtur secundum פְּעַלְעַל.

III. Tertia Classis continet illa Verba quae sex literis radicalibus constant. Sed haec rarissima.

SECT. II.

De Verbis Defectivis.

SECUNDUS Ordo Verba complectitur *Defectiva,* quae sic dicuntur, quod *elisionem* aut *defectum unius duarumve* è radicalibus patiantur, suavioris pronuntiationis causa. Hicce verò defectus invenitur in prima, secunda et tertia radicali; unde satis commodè in tres Classes dividi possunt: 1. Eorum quae incipiunt a *Nun;* ut נָבַל *marcuit,* &c. 2. Eorum quae duas postremas radicales similes, easdemque mobiles, habent; ut גָּלַל *volvit,* סָבַב *circumdedit.* 3. Eorum quae in *Nun* et *Thau* exeunt; ut שָׁמַן *pinguis fuit,* שָׁבַת *quievit (v).*

I. Quod

(v) Observandum est, Omnia haec Verba in origine esse perfecta, perfectamque conjugandi rationem et tenuisse olim, et in Sacris saepissimè retinere. Mutationes hae factae sunt causa euphoniae, molliore

I. Quod ad primam Classem; Incipientia a *Nun*, illud plerumque elidunt, quotiescunque prima radicalis *schevate* quiescente notandum, ob praeformantes, venerit. Fit hoc in Fut. *Kal*, in Praet. ac Part. *Niphhal*, in *Hiphhil* et *Hophhal* totis; יִצֹּר pro יִנְצֹר *servabit*; נִצַּר pro נִנְצַר *servatus est*; in Part, נִצָּר pro נִנְצָר *servatus*; הִצִּיר pro הִנְצִיר *servare fecit*; הַצֵּר pro הַנְצֵר *servare facere*, &c. הֻצַּר pro הֻנְצַר *servare factus est*, &c. Saepissimè fit in lingua Latina; ut *colligo* pro *conligo*. Defectus etiam locum habet in Imper. et Infin. constr. ad imitationem Futuri: nam יִגַּשׁ *appropinquabit*, pro יִנְגַּשׁ; in Imperat. oritur גַּשׁ pro pro נְגַשׁ *appropinqua*; et in Infin. constr. masc. גַּשׁ vel גּוֹשׁ pro נְגַשׁ vel נְגוֹשׁ *appropinquare*; in foem. גֶּשֶׁת pro נְגֶשֶׁת. Sic a יִטַּע *plantabit*, nascitur טַע *plantato*, item *plantare*, form. masc. ut טַעַת foem. pro תֶּעֶת.

Reliquae omnes Conjugationes sive Species nullum defectum pati possunt; quia prima radicalis nondum sub se *Nun*, *schevate* quiescente notatum, habeat, ita ut syllabam claudat. Media gutturalis etiam elisionem plerumque impedit; ut יִנְאַץ *spernet*, יִנְהֹם *fremet*, יִנְחַת *descendit*, &c. Invenitur tamen יֵחַת et יֵחַת, Prov. xvii. 10.; item נִחַם pro נִנְחַם *consolationem percepit*. Plura sic fuisse olim, non dubitandi locus. Contrà, quae mediam habent *dageschabilem*, ubique etiam *Nun* suum retinere potuerunt; ut יִנְצֹר *servabit*, Deut. xxxiii. 9. יִנְגֹּשׂ *exiget*, Esa. lviii. 3. לִנְפֹּל

ad

molliore quodam flexu quem sibi Hebraea domesticum fecit; veteri tamen forma neutiquam repudiata. Nequaquam hicce defectus talis concipiendus ac in Verbis Latinis, quae normam paradigmatis explere nequeunt; ut *inquam*, *aio*, *infit*, &c. sed esse elisionem literae incommodioris, quae per duplicationem sequentis mox compensetur, vel explicitè vel implicitè saltem. Differentia inter *Defectiva* et *Quiescentia* ritè a tyronibus tenenda. Defectiva nempè literam omissam, quàm statim ac possunt, compensant per *dagesch* forte sequenti inditum: Quiescentia compensationem non exigunt; jus formae perfectae neutiquam his adimendum. Nullum omnino datur, vel Defectivum, vel Quiescens, quod non ad perfectam normam conjugari potuerit; atque illuc etiam a nobis revocari debeat, si fundamenta Linguae analogiaeque ejus stabilire velimus.

ad cadere faciendum, Num. v. 2. הִנָּתֵק *avulsus est*, Jud. xx. 31.

In genere notandum, Nullum omnino dari Defectivum vel Quiescens quod non ad normam Verbi Perfecti conjugari potuerit. Ut ergo justa horum Verborum idea imbibatur, Verbum נָגַשׁ *appropinquavit*, loco paradigmatis, exhibetur, tantùm in illis Speciebus et Temporibus ubi elisio vel defectus primae radicalis locum habet; in caeteris enim uti פָּקַד declinatur.

N. B. Infinitivus absolutus, ut et Praeteritum, cum Participio utroque, defectum nunquam patiuntur.

Paradigma Verborum Defectivorum.

Prima Radicali.

K A L.

Infinitivus constructus Perfectus.

נְגוֹשׁ בִּנְגֹשׁ לִנְגֹשׁ

Defectivus masc.

גּוֹשׁ גֶּשׁ גַּשׁ

Foem.

גַּשָּׁה גֶּשֶׁת בְּגֶשֶׁת לָגֶשֶׁת

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תִּגַּשְׁנָה	יִגְּשׁוּ	תִּגַּשׁ	יִגַּשׁ	3.
תִּגַּשְׁנָה	תִּגְּשׁוּ	תִּגְּשִׁי	תִּגַּשׁ	2.
com.	נִגַּשׁ	*com.*	אֶגַּשׁ	1.

T *Impe-*

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
גֵּשְׁנָה	גְּשׁוּ	גְּשִׁי	גַּשׁ

NIPHHAL.

Praeteritum.

&c. נִגַּשְׁתְּ נִגַּשְׁתָּ נִגְּשָׁה נִגַּשׁ

Participium.

&c. נִגֶּשֶׁת נִגָּשָׁה נִגָּשׁ

Reliqua semper perfecta ; ut Infin. itemque Imperat. הִנָּגֵשׁ, Fut. יִנָּגֵשׁ, &c.

HIPHHIL.

Infinitivus.

&c. לְגִישׁ לְהַגִּישׁ הַגִּישׁ

Praeteritum.

&c. הִגַּשְׁתָּ הִגִּישָׁה הִגִּישׁ

Futurum.

&c. תַּגִּישׁ יַגִּישׁ

Imperativus.

&c. הַגִּישִׁי הַגֵּשׁ

Participium.

&c. מַגֶּשֶׁת מַגִּישָׁה מַגִּישׁ

HOPHHAL.

HOPHHAL.

Infinitivus.

הֻגַּשׁ לְהֻגַּשׁ &c.

Praeteritum.

הֻגַּשׁ הֻגְּשָׁה הֻגַּשְׁתָּ &c.

Futurum.

יֻגַּשׁ תֻּגַּשׁ &c.

Imperativus.

הֻגַּשׁ הֻגְּשִׁי &c.

Participium.

מֻגָּשׁ מֻגָּשָׁה מֻגֶּשֶׁת &c.

APPENDIX.

VERBA ea quae incipiunt a *Nun*, saepè in Infinitivo occurrunt, *Nun* ejecto; שְׂוֹא, Psal. lxxxix. 10. pro נְשׂוֹא *tollere*, ejus foem. שְׂאֵת, et contractè שֵׂאת. Etiam a נָתַן *dedit*, est תֶּנֶת *dare*, contractum in תֵּת; ut etiam תְּנָה cum *He* paragogico, a תֵּן pro נְתֵן. Sic in Infinit. exstat קְחָה: hinc, 2 Reg. xii. 9. קְחַת־־כֶּסֶף *capere-argenti*.

Thau foemininum usurpatur praecipuè in talibus Verbis; ut גֶּשֶׁת *tangere*, a נָגַשׁ; צֶקֶת *fundere*, a נָצַק; שְׂאֵת *tollere*, a נָשָׂא. Item cum gemino *patach*; ut גַּעַת pro גַּעַת a נָגַע *tangere*, טַעַת a נָטַע *plantare*, פַּחַת a נָפַח *sufflare*, קַחַת a לָקַח *capere*. Denique, תֵּת pro תֶּנֶת a נָתַן *dare*.

Imperativa per aphaeresin haecce prostant: גֵּשׁ *appropinqua*, גְּשָׁה cum *He* paragogico; צַק *funde*; שָׂא *tolle*; סַע *proficiscere*; פַּח *sufflla*; שַׁל *exue*; שַׁק *osculare*; תֵּן *da*, et cum

He

He paragogico, תְּנָה; itemque קַח *cape;* קָבָה *maledic,* cum *He* paragogico, pro קַב, Num. xxii. 11. non a קָבַב sed נָקַב. Quidam volunt aphaeresin obtinuisse, in Praeterito *Kal,* in קָח, Hos. xi. 3. Ezech. xvii. 5. Sed est Infinitivus: uti etiam תַּתָּה *dedisti,* 2 Sam. xxii. 41. quod est תֵּת auctum *He* paragogico; et *dare* positum eleganter pro *dedisti.*

Duo sunt Verba, incipientia a *Lamed,* quae defectum huncce imitantur: nempè לָקַח *accepit,* hinc יִקַּח pro יִלְקַח *capiet,* hinc etiam קַח *cape,* et קַחַת, קְחָה, קַח *capere.* Exstat tamen לְקַח *cape,* et in *Niphhal* נִלְקַח; at *Hophhal* habet הֻקַּח pro הֻלְקַח *captus est.* Item נִתְּעוּ pro נִלְתְּעוּ *commolentur,* Job. iv. 10. a לָתַע; plurimi tamen volunt esse a נָתַע.

II. Secunda Classis Defectivorum exsistit ex iis Verbis quae secundam et tertiam, eandem atque utramque mobilem, habent; ut סָבַב *circumdedit,* תָּמַם *perfectus fuit.*

In hisce, nihil verae imperfectionis, quod ad originem; atque omnibus, ex aequo, perfectae normae jura competunt in omni Tempore et Modo.

Defectus hic locum invenit in solis *Kal, Niphhal, Hiphhil* et *Hophhal*; in quibus, ad vitandam collisionem ingratam similium literarum, ejicitur media radicalis, secundùm has quinque leges:

1mo, Media radicalis ejicitur cum puncto praecedenti; ut סַב pro סָבַב *cinxit,* חַת pro חָתַת *consternatus est,* יֵחַת pro יֵחַתַּת *consternabitur,* נִחַת pro נִחְתַּת *in consternationem conjectus fuit,* הָחֵל pro הַחְלֵל *profanare.*

2do, Ut praeformantes characteristicae, pro vocali brevi, assumant longam: et quidem, 1. In Fut. *Kal,* pro *chirek,* usurpatur vel *tzeri* vel usitatiùs adhuc *kametz*; ut יֵמַר *amarus erit,* pro יִמְרַר; et יָמֹר ex יִמְרֹר. 2. Idem fit in Praet. ac Part. *Niphhal*; ut נָאַר *maledictus,* pro נֶאֱרַר; et נָסַב pro נִסְבַב *circumdatus.* 3. In *Hiphhil,* similiter, pro *chirek* ferè est *tzeri,* sub praeformantibus, ut etiam in Participio; ut הֵחֵל *incoepit,* pro הִחְלֵל. Sic מֵחֵל *incipiens,* et הָחֵל *incipere.* Sic etiam הָדֵק *comminuere,* 2 Chr. xxxiv. 7. Saepius tamen in Infinitivo, Imperativo et Futuro, *Hiphhil,* est

est *kametz* sub praeformante, ex *patach* ortum; ut הָמַר ex הֵמַר *amarum facere*, יָקַל ex יְקַלֵּל *levem-faciet*, *vilipendet*. 4. In toto *Hophbal*, pro *chametzchatuph* vel *kibbutz*, assumitur *schurek*; הוּחַל *profanatus est*, ex הֻחְלַל, &c.

3tio, Ut defectus secundae radicalis compensetur, ultima radicalis *dagesch* forte accipit, quoties vel afformantes vel affixa accedunt: sic ex סַב fit סַבָּה *circumdedit foem.* סַבּנִי *circumdedit me*; סַבּוּ, יְסַבֻּנִי *circumdabit me*, ex יָסֹב.

4to, Afformantes assyllabae non deducunt accentum, ut in Perfectis solent; adeòque pro סָבְבָה exsistit סַבָּה *cinxit foem.* pro תְּסֹבְבִי *cinges foem.* תָּסֹבִּי.

5to, Afformantes syllabicae, ut concursus gemini *schevatis* quiescentis in medio vitetur, assumunt vocalem epentheticam; in Praet. *cholem* (וֹ); in Imperat. et Fut. *Jod* quiescens in *saegol* (ֶי): cui vocali etiam accentus adhaeret; nisi quod תֶּם et תֶּן eundem accentum sibi suo more vindicent: סַבּוֹתָ *sab-bo-tha*, *cinxisti*, pro סַבְּתָּ *sabb-ta*, ex סָבַבְתָּ; סַבּוֹתֶם pro סַבְּתֶּם ex סְבַבְתֶּם. Item in Imper. סֻבֶּינָה *cingite foem.* pro סֹבְנָה ex סְבֹבְנָה; et תְּסֻבֶּינָה *cingent foem.* pro תְּסֹבְנָה ex תִּסְבֹבְנָה.

Perfectam formam semper servat utrumque Participium in *Kal*; quòd elisio in hisce confusionem peperisset: סֹבֵב סֹבֶבֶת סֹבֵבָה סוֹבֵב סוֹבֵבָה סוֹבֶבֶת *circumdans*, idem; et סָבִיב סְבִיבָה סָבוּב סְבוּבָה *cinctus*, *cincta*, idem.

Perfectam formam sequuntur *Pihhel*, *Pyhhal* et *Hithpahhel*; quia, ob mediam *dageschatam*, nullus defectui locus. Sic קִלֵּל *vilipendit*, *maledixit*; קֻלַּל *maledictus est*; הִתְקַלֵּל *semet vilipendit*, &c.

Frequentissima, in hisce, Species *Pohhel*; ut a גָּלַל *volvit*, ferè obtinet גּוֹלֵל, cum passivo גּוֹלַל, et frequentativo הִתְגּוֹלֵל, &c. Quadrilitera Specie etiam dicitur גִּלְגֵּל, גִּלְגַּל, הִתְגַּלְגֵּל *volutavit*, *volutatus est*, *semet volutavit*.

PARADIGMA סָבַב ita decurrit per elifionem mediae.

K A L.

Infinitivus abfolutus et conftructus.

סֹב סוֹב לָסֹב לָסוֹב

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	סַבּוּ	סַבָּה	סַב	3.
סַבּוֹתֶן	סַבּוֹתֶם	סַבּוֹת	סַבּוֹתָ	2.
com.	סַבּוֹנוּ	*com.*	סַבּוֹתִי	1.

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תְּסֻבֶּינָה	יָסֹבּוּ	תָּסֹב	יָסֹב	3.
תְּסֻבֶּינָה	תָּסֹבּוּ	תָּסֹבִּי	תָּסֹב	2.
com.	נָסֹב	*com.*	אָסֹב	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
סֻבֶּינָה	סֹבּוּ	סֹבִּי	סֹב

Participium utrumque, utraque fub forma, Perfectum manet.

N I P H H A L.

Infinitivus abfolutus et conftructus.

הִסַּב הִסֵּב הִסּוֹב לְהִסּוֹב

Praete-

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	נָסַבּוּ	נָסַבָּה	נָסַב	3.
נְסַבּוֹתֶן	נְסַבּוֹתֶם	נְסַבּוֹת	נְסַבּוֹתָ	2.
com.	נְסַבּוֹנוּ	*com.*	נְסַבּוֹתִי	1.

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תִּסַּבֶּינָה	יִסַּבּוּ	תִּסַּב	יִסַּב	3.
תִּסַּבֶּינָה	תִּסַּבּוּ	תִּסַּבִּי	תִּסַּב	2.
com.	נִסַּב	*com.*	אִסַּב	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
הִסַּבֶּינָה	הִסַּבּוּ	הִסַּבִּי	הִסַּב

Participium.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
נְסַבּוֹת	נְסַבִּים	נְסַבָּה	נָסָב

HIPHHIL.

Infinitivus absolutus et constructus.

לְהָסֵב בְּהָסֵב הָסֵב הָסֵב

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	הֵסֵבּוּ	הֵסֵבָּה	הֵסֵב	3.
הֲסִבּוֹתֶן	הֲסִבּוֹתֶם	הֲסִבּוֹת	הֲסִבּוֹתָ	2.
com.	הֲסִבּוֹנוּ	*com.*	הֲסִבּוֹתִי	1.

Futu-

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תְּסִבֶּינָה	תָּסֵבּוּ	תָּסֵב	יָסֵב	3.
תְּסִבֶּינָה	תָּסֵבּוּ	תָּסֵבִּי	תָּסֵב	2.
com.	נָסֵב	*com.*	אָסֵב	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
הֲסִבֶּינָה	הָסֵבּוּ	הָסֵבִּי	הָסֵב

Participium.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
מְסִבּוֹת	מְסִבִּים	מְסִבָּה	מֵסֵב

Terminatio ֶת ab hoc Participio, itemque a *Niphhal et Hophhal*, exclusa, ob *scheva* quiescens in penultima.

HOPHHAL.

Infinitivus absolutus et constructus.

לְהוּסֵב	בְּהוּסֵב	הוּסֵב

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	הוּסַבּוּ	הוּסַבָּה	הוּסַב	3.
הוּסַבּוֹתֶן	הוּסַבּוֹתֶם	הוּסַבּוֹת	הוּסַבּוֹתָ	2.
com.	הוּסַבּוֹנוּ	*com.*	הוּסַבּוֹתִי	1.

Futu-

Futurum.

	f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
3.	תּוּסַבֶּינָה	יוּסַבּוּ	תּוּסַב	יוּסַב
2.	תּוּסַבֶּינָה	תּוּסַבּוּ	תּוּסַבִּי	תּוּסַב
1.	*com.*	נוּסַב	*com.*	אוּסַב

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
הוּסַבֶּינָה	הוּסַבּוּ	הוּסַבִּי	הוּסַב

Participium.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
מוּסַבּוֹת	מוּסַבִּים	מוּסַבָּה	מוּסָב

In *Pyhhel*, *Pyhhal* et *Hithpahhel*, nullus eliſioni locus, ob *dageſch* forte in media: quia tamen colliſio iſta ſimilium literarum paulò ingratior, pronuntiatio in formam quadratam inclinavit, atque pro *ſib-beb*, *ſub-bab*, *hithſab-beb* vel *hiſtab-beb*, enunciatum *ſibh-ſebh*, *ſubh-ſabh*, *hithſabh-ſebh* vel *hiſtabh-ſebh*. Creberrima quoque hîc ſubſtitutio formae Perfectae *Pohhel*, *Pohhal* et *Hithpohhel*; unde *ſo-bhebh*, *ſo-bhabh* et *Hithſo-bhebh*, pro priore illa, invaluit.

PIHHEL et *POHHEL*.

Infinitivus.

סַבְסֵב לְסַבְסֵב &c.

סוֹבֵב לְסוֹבֵב &c.

 Praete-

Praeteritum.

סִבְסֵב סִבְסְבָה סִבְסַבְתָּ &c.
סוֹבֵב סוֹבְבָה סוֹבַבְתָּ &c.

Futurum.

יְסַבְסֵב תְּסַבְסֵב &c.
יְסוֹבֵב תְּסוֹבֵב &c.

Imperativus.

סַבְסֵב סַבְסְבִי סַבְסְבוּ סַבְסֵבְנָה
סוֹבֵב סוֹבְבִי סוֹבְבוּ סוֹבֵבְנָה

Participium.

מְסַבְסֵב מְסַבְסְבָה מְסַבְסֶבֶת &c.
מְסוֹבֵב מְסוֹבְבָה מְסוֹבֶבֶת &c.

PYHHAL et POHHAL.

Infinitivus.

סֻבְסַב סֻבְסֹב לְסֻבְסַב &c.
סוֹבַב סוֹבֹב לְסוֹבַב &c.

Praeteritum.

סֻבְסַב סֻבְסְבָה סֻבְסַבְתָּ &c.
סוֹבַב סוֹבְבָה סוֹבַבְתָּ &c.

Futu-

Futurum.

יְסֻבְסַב תְּסֻבְסַב &c.

יְסוֹבַב תְּסוֹבַב &c.

Imperativus.

סֻבְסַב סֻבְסְבִי סֻבְסְבוּ סֻבְסֵבְנָה

סוֹבֵב סוֹבְבִי סוֹבְבוּ סוֹבֵבְנָה

Participium.

מְסֻבְסָב מְסֻבְסָבָה מְסֻבְסֶבֶת

מְסוֹבָב מְסוֹבָבָה מְסוֹבֶבֶת

HITHPAHHEL et *HITHPOHHEL.*

Infinitivus.

הִסְתַּבְסֵב לְהִסְתַּבְסֵב

הִסְתּוֹבֵב לְהִסְתּוֹבֵב

Praeteritum.

הִסְתַּבְסֵב הִסְתַּבְסְבָה הִסְתַּבְסַבְתָּ &c.

הִסְתּוֹבֵב הִסְתּוֹבְבָה הִסְתּוֹבַבְתָּ &c.

Futurum.

יִסְתַּבְסֵב תִּסְתַּבְסֵב &c.

יִסְתּוֹבֵב תִּסְתּוֹבֵב &c.

Impera-

Imperativus.

הִסְתַּבְסֵב	הִסְתַּבְסְבִי
הִסְתּוֹבֵב	הִסְתּוֹבְבִי

Participium.

מִסְתַּבְסֵב	מִסְתַּבְסְבָה	מִסְתַּבְסֶבֶת
מִסְתּוֹבֵב	מִסְתּוֹבְבָה	מִסְתּוֹבֶבֶת

APPENDIX.

1. MEDIA radicalis ejici nequit, si prima radicalis *Nun* fuerit, et in defectum iverit; ut יִדֹּד pro יִנְדֹּד *fugiet:* vel in quietem data fuerit; ut הֵילִיל *ejulavit,* ab יָלַל: quia tum radix incerta esset. Sin prima manserit mobilis, locus est elisioni; ut יָנֹד *fugiet,* ab eadem radice נָדַד; et נֵאָר *maledictus,* in Part. *Niphh.* ab אָרַר *exsecratus est.*

2. Praeformantes aliquando vocalem brevem sub se habent; ut נִחַר pro נִחֲרַר *adustus fuit:* similiter in *Hiphhil,* יָחֵל pro יְחַלֵּל *profanabit.* In his omnibus, *dagesch* forte implicitum. Si *dagesch* forte in prima inseratur, duplicatio tertiae vel adhiberi vel omitti potest; ut הַחִתּוֹת *contrivisti,* Esa. ix. 3. Omittitur verò *dagesch* in נִחַלְתְּ *profanata est,* ex *Niphh.* Ezech. xxii. 16.

3. Asyllabae relinquunt vocem *milghel*; ut *dagesch* forte, in tertia, tanto pressiùs clariùsque resonet, utque vocales longae manere queant. Nonnunquam tamen accentus ad finem rapitur, succedente vocali longa; ut רָנִּי *jubila,* pro רׇנִּי, Esa. liv. 1. גָּזִּי *tonde,* pro גֹּזִּי, Jer. vii. 29.

4. Epentheticum *cholem* sine *Waw* aliquando exaratur; ut נְקַלֹּתִי *vilis sum,* 2 Sam. vi. 22. הֲקִלֹּתַנִי *vilipendisti me,* 2 Sam. xix. 44. Epentheticum *Jod,* ante נָה, ex הֵנָּה ortum duxisse videtur. Non mirum igitur illud *Jod* omitti, et תְּסֻבֶּנָה etiam scribi potuisse.

Quod ad terminale punctum harum quatuor Conjugationum; Nonnulla per *schurek* in Infinit. et Fut. primae Speciei terminantur;

tur; ut לָבוּר *ad declarandum*, pro לְבָר, Ecclef. ix. 1. et יָרוֹן *offuscabitur*, Prov. xxix. 6. non a רָנַן fed רון propriè *fuccubuit*; convenit cum Arabico رين. In *Niphhal* paffim, *patach*, *tzeri*, *cholem* in Infinit. Praet. Fut. et Imperat. Etiam Participium hîc, praeter *kametz* ordinarium, adfcifcit *tzeri*; ut נָמֵס pro נָמָס, *tabefcens*, 1 Sam. xv. 9. נְסַבָּה *revolutum*, 2 Chron. x. 15.

In *Hiphhil*, plerumque *tzeri* et *patach* obtinent; ut מֵצַל *obumbrans*, הֵדַק *comminuit*. In *Hophhal*, nihil extraordinarium: fed in Infinit. *tzeri* vel *patach*: in Praet. Fut. Imperat. item *patach*: in Part. *kametz*.

Forma quadrata aliquid fonantiùs notat; prout גִּלְגֵּל *volutavit*, majore impetu fertur quàm גִּלֵּל. Oratoria potentia Sacrorum Auctorum ex talibus percipitur; ut גִּלְגַּלְתִּיךָ *devolvam te de petris*, Jer. li. 25. Sic הִתְגַּלְגָּלוּ *provolvunt fe*, Job. xxx. 14. nempè, *fub fragore tempeftatis*. Eandem granditatem percipere poffimus in הִתְקַלְקֵל *motitare fe inftar rei leviffimae*, הִתְמַרְמַר *irritare femet*, הִשְׁתַּקְשֵׁק pro הִתְשַׁקְשֵׁק *difcurfitare*.

III. Tertia Claffis Defectivorum continet ea Verba quae exeunt in *Nun* et *Thau*. Horum tertia radicalis, *Nun*, per *dagefch* forte inferitur in *Nun* afformantium fyllabicarum נוּ et נָה; ut נָתַנּוּ pro נָתַנְנוּ. Sic etiam Verba definentia in *Thau*, inferunt *Thau* radicalem in afformantibus תָּ, תְּ, תִּי, תֶּם, תֶּן: e. g. שָׁבַתָּ *quievifti*, pro שָׁבַתְתָּ.

Facilè apparet cuivis attendenti, quòd eft potius compendium fcribendi, quàm *elifio* vel *defectus*. Notandum tamen eft, Nonnunquam fcriptionem pleniorem obtinere. Haecce Verba tam facilia Grammaticis Orientalibus videbantur, ut plerique planè hanc claffem Imperfectorum omiferint. In Grammatica verò inferi debuere: tùm quòd fatis intricatae aliquando formae hinc exfiftunt, quibus oculus difcentis imbuendus (*x*); tùm quòd Verbum נָתַן *dedit*, veram elifionem

(*x*) Haecce forma difficilior eft, cùm media fimul in quietem ivit; ut לַנּוּ *pernoctavimus*, pro לָוַנְנוּ, 1. plur. Praet. *Kal*, a לון; fic הֵבַנּוּ *intelleximus*, pro הֵבִבְנוּ, 1. plur. Praet. *Hiphh.* a בון; מַתִּי *mortuus fuero*, Gen. xix. 19. pro מָתְתִּי a מות; fic etiam

nem patitur, tertiam illam *Nun* in *Thau* quoque afformantium inserens: ut pro נְתַנְתָּ pronuntietur נָתַתָּ; atque ita cum reliquis. In *Niphhal*, נִתַּתֶּם *traditi sitis*, Lev. xxvi. 25. pro נִנְתַנְתֶּם, prima et tertia simul elisis.

Paradigma huic classi subjungere, supervacuum est.

SECT. III.

De Verbis Quiescentibus.

TERTIUS Ordo Imperfectorum Verba complectitur *Quiescentia*: sic enim vocantur illa Verba quae, ob aliquam literarum אוי, quietem in prima, secunda, tertia radicali, assumere possunt. Inde iterum oriuntur tres Classes; quae rursus partitionem trifariam subeunt, et in tres Classes singulae digeruntur.

Classis prima continet illa Verba quae incipiunt, 1. Ab *Aleph*; ut אָמַר *dixit*. 2. A *Waw*; ut וָזַן *libravit*, *ponderavit*. 3. A *Jod*; ut יָלַד *genuit*.

Classis secunda, illa continet quae habent, 1. Mediam *Aleph*; ut שָׁאַל *rogavit*. 2. Mediam *Waw*; ut קוּם *stetit*. 3. Mediam *Jod*; ut דִּין *judicavit*.

Classis

etiam in *Hiphh.* הֵמַתָּה pro הֵמִתְתָּה *interfecisti*, Num. xiv. 15. sic הֵמִתֶּן, Ex. i. 16. Similiter a שׁוּת *ponere*, est שַׁתִּי *posuisti*, Psal. lxxxviii. 9. Hinc indoles horum Verborum patebit.

Duplicem defectum, qui, in Verbo נָתַן *dedit*, adscitus, ob usum creberrimum, etiam retinuit Infinitivus constr. תֵּנֶת, contractione in תֵּת facta; unde cum affixis תִּתִּי *dare mei*, &c. Eadem ratio contractionis in מַתַּת *donum*, ex מַנְתֶּנֶת. Sic etiam formatur אֱמֶת *veritas*, pro אֱמֶנֶת, ab אָמַן *firmo gressu fuit*; quod suum *Nun* et *Thau* retinet, inter conjugandum; אֲמָנַתְ enim dicendum, non אֲמַתְ. Compendium paulò abstrusius est in מְבַעֶתְךָ *territans te*, 1 Sam. xvi. 15. Part. foem. in *Pihhel*, pro מְבַעֶתְתְּךָ a בָּעַת. Vera elisio obtinet in מְשָׁרַת *ministrans*, pro מְשָׁרֶתֶת 1 Reg. i. 15. Plurima talia, vivente lingua, per euphoniam, haud dubiè conformata.

Classis tertia, talia Verba comprehendit quae desinunt, 1. In *Aleph*; ut מָצָא *invenit*. 2. In *Waw*; ut שָׁלָו *defaecatè liquidus fuit*. 3. In *Jod*; ut רָאָי *vidit*, גָּלַי *revelavit*, &c.

Quiescentium Classis Prima.

Prima Radicali.

I. IN prima Classe Quiescentium, veniunt primò, Quorum *prima* radicalis est *Aleph*.

Horum longè maxima pars perfectam formam retinere solet. Gutturalis verò respuit *scheva* simplex, et sibi adsciscit *scheva* compositum: e. g. 1. In Fut. *Kal*, pro יְאְסֹף exsistit יַאֲסֹף et יֶאֱסֹף. 2. In Praet. *Niphhal*, pro נְאְסַף similiter fit נֶאֱסַף et נֶאֱסָף. Eadem est ratio Participii ejus. 3. In Praet. *Hiphhil*, pro הִאְסִיף *colligere fecit*, הֶאֱסִיף et הַאֲסִיף, rariùs הַאֲסִיף, quod Infinitivo magis convenit, ut et reliquis ibidem. In *Hophhal* toto, הָאֳסַף ex הָאְסַף.

Natura gutturalium occasionem quieti dedisse videtur; hinc, 1. In Fut. *Kal*, *Aleph* quiescit in *cholem*, et terminale punctum, variandi ergô, jam non est *cholem*, sed *tzeri* vel *patach*; ut יֹאסֵף, יֹאסַף *colliget*. 2. Similiter idem fit in Praet. et Part. *Niphhal*; ut נוֹחָז *comprehensus est*, vel *possessor factus*, ab אָחַז *comprehendit*. 3. In *Hiphhil*, quiescit *Aleph* in *tzeri* vel *kametz*; ut הֵאזִין pro הֶאֱזִין *auscultavit*; et יָאזִין pro יַאֲזִין. 4. *Hophhal*, ex analogia, debuisset assumere *schurek*; nulla tamen exempla, nisi in textu Chaldaico, Dan. vii. 11. הוּבַד, *Aleph* in *Waw* insuper mutato; ut in *Hiphhil*, etiam Chaldaica forma occurrit, Jer. xlvi. 8, אוֹבִידָה *perdam*; vel potius sine *Waw*, אֹבִידָה.

Paradigma appositum omnibus Verbis, a gutturali incipientibus, praelucebit.

Infinitivus constructus.

לֶאֱסֹף בַּאֲסֹף אֱסוֹף אֱסֹף

Futurum.

f. Plur. *m.*			*f.* Sing. *m.*		
תֶּאֱסֹפְנָה	יַאַסְפוּ	יֶאֶסְפוּ	תֶּאֱסֹף	יֶאֱסֹף	3.
תֶּאֱסֹפְנָה	תַּאַסְפוּ תֶּאֶסְפוּ	תַּאַסְפִּי תֶּאֶסְפִּי	תֶּאֱסֹף	תֶּאֱסֹף	2.
com.	נֶאֱסֹף		*com.*	אֶאֱסֹף	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
אֱסֹפְנָה	אִסְפוּ	אִסְפִי	אֱסֹף

Perfectae formae addamus imperfectam, i. e. gratiorem; quam delicatior pronuntiatio introduxit, primâ in quietem datâ per *cholem*, in Fut. *Kal.*

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תֹּאסֵפְנָה	יֹאסְפוּ	תֹּאסֵף	יֹאסֵף	3.
תֹּאסֵפְנָה	תֹּאסְפוּ	תֹּאסְפִי	תֹּאסֵף	2.
com.	נֹאסֵף	*com.*	אֹסֵף	1.

APPEN-

APPENDIX.

1. SI media fuerit gutturalis, accipit *scheva* compositum pro simplici: ut pro אֶחְזֵי exsistit אֶחֱזִי vel אֶחֱזִי *cape foem.* ab אָחַז; אֶהֱבוּ *amate*, pro אֶהְבוּ. In Praet. *Niphhal*, fit נֶאֱסַף *collectus est*; in Part. נֶאֱסָפָה; נֶאֱסָף Infinitivus ex הִנָּאֵסֵף dat הֵאָסֵף; eadem forma Imperativi; ut in Fut. יֵאָסֵף. In hisce, praeformans habet vocalem longam *tzeri* pro *chirek*; quia litera gutturalis non recipit *dagesch* forte, ad compensationem *Nun* ejectae.

Gutturales, ad commodiorem pronuntiationem, pro *schevate* simplici, plerumque assumunt *scheva* compositum, i. e. mobile; atque aliam efficiunt syllabae formam. Vid. cap. de Mut. Punct.

In Praet. *Niphhal*, etiam *Aleph* quiescit in *cholem*; ut נֹאחַז *possessor factus est*, Num. xxxii. 30. Jos. xxii. 9. et in Part. נֹאחָז. Sic נֶאֱלָח, tribus in locis, *corruptionem nativam humani generis* denotans: quod est Arab. ألخ *coacescere, acorem contrahere*; solet enim יצר הרע *principium illud malum omnis mali* comparari cum שאר שבעסה *fermento quod in massa est.*

2. In *Hiphhil*, manente terminali puncto *tzeri*, conjugatur הֶאֱסִיף; atque ita porrò. Exstat etiam cum *Aleph* in quietem missa; ut האסף; et *Aleph* in *Waw* trajecto, הוֹסִיף; unde אֹסִיף *auferam*, 1 Sam. xv. 6. אֹבִיד *perdam*, Jer. xlvi. 8. etiam וַיּוֹחֶר *et moratus est*, 2 Sam. xx. 5. secundum Masoram: etiam, Neh. xiii. 13. וָאוֹצְרָה *et thesauros constitui*, ab אָצַר *recondidit*, in Fut. *Hiphhil*, cum *He* paragogico. At *Aleph* mansit in יֹאֶל *jurare fecit*, ex יֹאלֶה, 1 Sam. xiv. 24. In *Hophhal*, fit הוּסַף.

3. *Aleph* semper quiescit in *cholem*, in Fut. *Kal*, in quinque Verbis: אָבַד *periit*, אָכַל *comedit*, אָמַר *dixit*, אָבָה *voluit*, אָפָה *coxit*. Promiscuè, motum retinent, vel in quietem ire possunt, tria: אָהַב *amavit*, unde יֶאֱהַב, יֶאֱהָב et יֹאהַב; אָחַז *prehendit*; אָסַף *congregavit*.

Observandum, *Aleph* radicale post praeformantem *Aleph* perpetuò omitti; ut אֹכַל pro אאכל *comedam*, Gen. xxiv. 33. אֹמַר *dicam*, Gen. xxiv. 14. et alibi passim. Omittitur et post alias interdum; ut תֹּמְרוּ *dicetis*, 1 Sam. xix. 14.

Est et alia ratio quietis per *tzeri* etiam in Fut. *Kal;* ut אֹהַב *amabo,* pro אֶאֱהַב, ex אֶאֱהַב; sic יֵאתֶה pro יֶאֱתֶה *veniet,* quod et aliquando dat יֵתֶה. Hanc quietem subit Verbum אָמַר *dixit,* in Infin. constr. per *Lamed;* ut לֵאמֹר *dicendo.* Solitarium exemplum, 2 Sam. xx. 5. וַיִּיחַר *et moratus est,* pro יֵאחַר cum quiete τῶ *Aleph* in *chirek,* unde illud mox in *Jod* trajectum, ex more Aramaeo. Solitarium quoque אָנִישׁ *langueo,* Psal. lxix. 21. in Fut. *Kal,* ab אָנַשׁ cum *Aleph* quiescens in *kametz,* pro אֶאֱנוֹשׁ.

4. Utraque contractio, per *tzeri* et *kametz,* in *Hiphhil* admittitur: sic, in Praet. הֵאתָה *venire fecit,* molliùs dedit הֵאתָה, et mox, omissâ primâ, הֵתָה, Esa. xxi. 14. Jer. xii. 9. In Fut. ab אָזַן exstat אָזִין *auscultabam,* Job. xxxii. 11. pro אַאֲזִין ex אַאֲזִין. Manente prima radicali, exstat וַיָּאצֶל *et seposuit,* Num. xi. 25. pro יַאֲצֵל. Aramaei etiam primam mobilem supprimunt, si antecedat *scheva;* et, יַאֲלֵף *docebit,* pronuntiant; saepe etiam exarant יַלֵּף. Hac forma signatum occurrit מַלֵּף *doctor,* pro מְאַלֵּף, Job. xxxv. 11. תַּזֵּר pro תְּאַזֵּר, 2 Sam. xxii. 40. etiam יַהֵל *tentorium figet,* Esa. xiii. 20. pro יְאַהֵל in Fut. *Pihhel.*

II. Sub hac Quiescentium Classe, occurrunt, secundò, Verba ea quorum *prima* radicalis est *Waw* (y); ut וָלַד *genuit,* unde וָלָד *puer.*

Errarunt

(y) Nullus dubitandi locus est, quin Hebraei aequè ac Arabes habuerint Verba incipientia a *Waw,* quae inchoatis a *Jod* vices praestare potuerint, ad commodiorem conjugandi rationem. Ex hoc fonte emanâsse videntur Verba illa defectiva primâ *Jod:* יָצַג *situs fuit,* יָצַק *fudit,* יָצַת *flagravit,* יָקַף *obivit,* יָנַח *cubuit,* יָצַב *stetit,* יָצַר *formavit,* &c.

Clar. Schultensius putat, Talia habuisse, ex indole veteris linguae, primam radicalem *Waw;* ut a וָצַג, וָצַק, &c. quorum Fut. perfecta יִוְצַג, יִוְצַק, &c. facilè contrahenda in יִצַּג, יִצַּק, &c. Sic יָקִיץ pro יוֹקִיץ *evigilabit,* Psal. lxxviii. 65. etiam הִצִּיעַ *stravit,* pro הוֹצִיעַ.

Errarunt qui volunt, Nulla dari Verba inchoata a *Waw*. Verum, quod in Lexicis ne unica quidem radix compareat quae a litera *Waw* incipiat, nisi solitarium וָו, partim nomen *literae* notans, partim significationem *clavi* vel *paxilli* praebens. Alias verò exstitisse radices, ab hoc elemento incipientes, testantur varia exempla; e. g. וְקַר רוּחַ *gravis spiritu*, Prov. xvii. 17. אֲוַשֵּׁר *complanabo*, haud dubiè a וָשַׁר, Esa. xlv. 2. Sic אֲוַצֵּה *injungam*, a וָצָה وَصَّى Ezr. viii. 17. וֹרֵד *descendens*, a וָרַד وَرَدَ, 1 Sam. xxx. 24.

Haec, suavioris pronuntiationis ergò, uti etiam Verba incipientia a *Jod*, a perfecta conjugandi via, quam in veteri lingua tenuere, Natura duce, paululum inclinarunt. Nempè, cùm *Waw* et *Jod*, in medio, non ament pronuntiari, quoties syllabam claudere coguntur, quiescunt in Fut. *Kal*, in Praet. et Part. *Niphhal*, in Conjug. *Hiphhil* et *Hophhal* totis. In Fut. *Kal*, a וָכַל وَكَلَ *valuit*, regulariter est יִוְכַל, quod Chaldaei in יִכַל et יְכַל contrahunt; ut Dan. iii. 29. itemque in יוּכַל. Prima formatio fit per elisionem; altera, per quietem. Posterior illa Hebraeis, sub hac radice, unicè placuit; unde constanter, Futurum hocce in *Kal* effertur, secundum puram putam analogiam:

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תּוּכַלְנָה	יוּכְלוּ	תּוּכַל	יוּכַל	3.
תּוּכַלְנָה	תּוּכְלוּ	תּוּכְלִי	תּוּכַל	2.
com.	נוּכַל	*com.*	אוּכַל	1.

Atqui, pro formis יִוָּלֵד et יִוָּלֵךְ, item נִוְלַד et נִוְלַךְ, necnon הִוְלִיד et הֻוְלַד, aliquod mollius quaesitum.

Sic, in Praet. et Part. *Niphhal*, *Waw* radicalis, *schevate* quiescente notata, quiescit in *cholem*; ut pro נִוְלַד fit

fit נוֹלַד; נוֹדַע *cognitus est*; נוֹסַד *fundatus est*; נוֹעַד *condictus est*; נוֹשַׁב *habitatus est*; נוֹשַׁע *salvatus fuit*, &c. At, in Infinitivo, Futuro et Imperativo, *Waw* illud movetur; quia prima radicalis vocalem suam retinet: e. g. הִוָּלֵד *nasci*, יִוָּלֵד *nascetur*. Sic הִוָּרֵשׁ *possideri*, הִוָּסְרוּ *castigamini*; הִוָּשְׁעוּ *salvamini*, Esa. xlv. 22. Haec formam perfectam sequuntur.

In *Hiphhil*, *Waw* quiescit in *cholem*, per totam Conjugationem; ut הוֹלִיד in Praet. יוֹלִיד in Fut. הוֹלִיד in Infin. et Imperat. et מוֹלִיד in Participio.

In *Hophhal*, *Waw* per *schurek* quiescit; ut הוּלַד. Reliquae Species nullam mutationem exigunt.

In Conjugatione *Hithpahhel*, *Waw* mobile usurpatur; ut וָדַע dat הִתְוַדַּע *notum se facere*. Sic וָדָה *jecit*, *effudit*, habet הִתְוַדָּה *semet effundere*, praecipuè *in confitendo* vel *confiteri*. Sic וָכַח *clarus*, *manifestus fuit*, הִתְוַכַּח *redarguere*. Eodem modo, וָסַר *erudivit*, dat הִתְוַסֵּר, Ezech. xxiii. 48.

Quidam viri docti volunt, in hisce, *Jod* mutari in *Waw* mobile: sed, reverà, haec regulariter formari videntur a Verbis incipientibus cum *Waw*, quae exstitere, vivente lingua, aequè ac illa quae a *Jod* incipiunt. Haec Verba enim plerumque habent eandem originem et significationem. Sed, secundum analogiam, distingui debeant: et *Waw* et *Jod*, in variis Temporibus, usurpari videntur; uti pronuntiatio mollior fiat, et auribus Orientalium arrideat. Copia et harmonia linguae Hebraeae, ex hac multiplici formarum variegatione, apparet.

III. Sub eadem Classe succedunt, tertiò, Quorum radicalis *prima* est *Jod*; ut יָלַד *genuit*, unde etiam יֶלֶד *puer*, יָשַׁב *sedit*, יָבֵשׁ *aruit*.

Haec Verba a Grammaticis vulgò confunduntur cum Verbis incipientibus a *Waw*. Sed, causa tyronum, satiùs, de iis agere separatim, duximus.

In Fut. *Kal*, plerumque *Jod* quiescit in *chirek* vel *tzeri*, explicitè; implicitè, cum terminali puncto *patach* vel *tzeri*, pro arbitrio ferè. Sic, a יָבֵשׁ *aruit*, fit יִיבַשׁ, per quietem

explicitam;

explicitam; et יִבַשׁ, per implicitam. Eodem modo, a יָלַךְ *ivit*, fit in Fut. יִילַךְ vel יֵלֵךְ. Ex implicita illa quiete, Imperativus in *Kal*, sine prima radicali, efferri possit; itemque Infinitivus constructus, tam masculina quam foeminina terminatione.

In Praet. ac Part. *Niphhal*, *Jod* etiam quiescit in *chirek* vel *tzeri*; ut נִיקַם et נֵיקֹם a יָקַם *caluit*, *Jod* expresso vel suppresso. Vetus lingua extulit etiam נָחַם, inde נִחַם conformatum: hinc etiam in Part. *Niphhal*, נֵחָמִים, Esa. lvii. 3. *calefacti, libidine accensi.* *Jod* mobile saepe retentum fuisse, arguit יִיָּרֶה *jaculis figetur*, Esa. xix. 13. et יִיָּחֶר *moratus est*, Gen. viii. 12. In hac tamen Specie, dominari saepiùs videtur *Waw* mobile; ut אִוָּשֵׁעַ *salvabor*.

Ut Verba quiescentia, primâ *Jod*, distinctiùs percipiantur, conspectus Formarum, quae, secundum legem quietis, in *Kàl*, *Niphhal*, *Hiphhil* et *Hophhal*, exhibendus est.

1. In Fut. *Kal*, a radicibus יָבֵשׁ *aruit*, et יָשַׁב *sedit*, habemus geminum hocce paradigma:

Futurum.

f. Sing.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תֵּשֵׁב	יֵשֵׁב	תִּיבַשׁ	יִיבַשׁ	3.
תֵּשְׁבִי	תֵּשֵׁב	תִּיבְשִׁי	תִּיבַשׁ	2.
com.	אֵשֵׁב	*com.*	אִיבַשׁ	1.
f. Plur.	*m.*	*f.* Plur.	*m.*	
תֵּשַׁבְנָה	יֵשְׁבוּ	תִּיבַשְׁנָה	יִיבְשׁוּ	3.
תֵּשַׁבְנָה	תֵּשְׁבוּ	תִּיבַשְׁנָה	תִּיבְשׁוּ	2.
com.	נֵשֵׁב	*com.*	נִיבַשׁ	1.

Inde Imperativus quoque geminus; quorum alter Perfectus, alter Imperfectus, appellatur:

Impera-

Imperativus.

Sing. Sing.

שֵׁב שְׁבִי &c. יְבָשׁ יִבְשִׁי &c.

Similiter, Infinitivus constructus; Perfectus et Imperfectus:

Infinitivus.

שׁוֹב שֵׁב שֵׁבָה שֶׁבֶת &c. יְבָשׁ יְבֹשֶׁת &c.

2. *Niphhal*, in Praet. et Part. triplicem formam induit, è perfecta נִיבָשׁ et נְוֹבָשׁ oriundam:

Praeteritum.

f. Sing. *m.* *f.* Sing. *m.*

נוֹבַשׁ נוֹבְשָׁה &c. נָיבַשׁ נֵיבַשׁ נֵיבְשָׁה &c.

Participium.

f. Sing. *m.* *f.* Sing. *m.*

נוֹבָשׁ נוֹבָשָׁה &c. נִיבָשׁ נֵיבָשָׁה נֵיבֶשֶׁת &c.

Etiamsi *Waw* saepissimè quiescit in *cholem*, duo *schurek* habent; נוּגִים et נוּגוֹת a יָגָה *doluit*, Zeph. iii. 18. Thr. i. 4. Reliqua hujus Conjugationis perfectam formam servant; atque per *Jod* et *Waw* mobile sic eunt:

Infinitivus.

הִיָּבֵשׁ הִוָּבֵשׁ לְהִוָּבֵשׁ &c.

Imperativus.

הִיָּבַשׁ הִוָּבַשׁ הִוָּבְשִׁי &c.

Futu-

Futurum.

יֵיבֵשׁ יוּבַשׁ תּוּבֵשׁ &c.

3. *Hiphbil*, per totam Conjugationem, admittit quietem, vel in *Jod* per *tzeri*, vel in *Waw* per *cholem*; ita tamen ut motus utriusque literae permittatur:

Infinitivus.

הֵיבִישׁ הֵיבִישׁ הוֹבִישׁ הוֹבִישׁ &c.

Praeteritum.

Sing. *m.*	Sing. *m.*
הֵיבִישׁ הֵיבִשׁ &c.	הוֹבִישׁ הוֹבִישׁ &c.

Futurum.

Sing. *m.*	Sing. *m.*
יֵיבִישׁ יֵיבִישׁ &c.	יוֹבִישׁ יוֹבִישׁ &c.

Imperativus.

הֵיבֵשׁ הֵיבֵשׁ &c. הוֹבֵשׁ הוֹבֵשׁ &c.

Participium.

Sing. *m.*	Sing. *m.*
מֵיבִישׁ מֵיבִישׁ &c.	מוֹבִישׁ מוֹבִישׁ &c.

4. In *Hophbal*, formae perfectae הָיְבַשׁ, הָיבַשׁ, הוּבַשׁ, sponte in הוּבַשׁ resederunt, per omnem Conjugationem.

APPEN.

APPENDIX.

CAUSA tantae infrequentiae literae *Waw* duplex videtur; fundata in *asperitate* pronuntiationis, ad *principium*, praesertim, et *finem* vocabulorum. Quam evitantes Hebraei, auresque radere refugientes, in principio quidem, pro *Waw*, substituerunt *Jod*; vel potius usurparunt radicem, a *Jod* incipientem, ejusdem originis et significationis, ubi pronuntiatio τῶ *Jod* mollior et lenior: ac pro וָלַד *Walad*, sonare *Jalad* maluerunt; recursurum tamen in *Niphhil*, *Hiphhil* et *Hophhal*, partim per quietem, partim per motum, ut supra dictum. In fine verò, cùm idem *Waw* inclinaret in quietem, et subdiderunt *He* illud servile; atque pro שָׁלַו *schalaw*, suppressa duriore consona, protulère שָׁלָה *schâlâ*. Nisi huic arcano et indoli linguae attendatur, genius linguae Hebraeae nunquam satis tenebitur. Utique, hoc asperius elementum primam quoque sedem ingredi potuisse, patet ex praedictis, et ex Jer. v. 8. סוּסִים מְיֻזָּנִים *equi ponderati*, vulgò *pasti*; sed propriè notantur *equi ponderati*, vel *ponderibus praediti*, eáque *pondera librata trahentes in venerem*; quae pudor et honestas exprimere vetat: a rad. וָזַן, Arab. وزن *libravit, ponderavit, trutinavit rem gravem*. Describuntur sic omnem mulierem adhinnientes. Itaque radix haecce וָזַן restituenda est civitati Hebraicae.

Habetur et radicale *Waw*, Prov. xxi. 8. וָזָר quod vulgò compositum censetur ex זָר *alienus*, et praefixo ו, sensu haud limpido: vera radix est וָזַר وزر propriè, *stringere*, per metonymiam, *bajulavit, portavit onus*; hinc transfertur ad crimina, ceu totidem *sarcinas dorsuarias*, quibus premitur reus. Vid. Alcor. Surat. xxxv. 19. etiam xxxix. 19. Solenne Proverbium, *Non portabit quisquam* וזר *crimen alterius*; hinc, *Tortuosissima est via viri fasce criminum instricto dorsum*. Ab hac radice descendit وزير וזיר *Vizyr*, celeberrimus, in Aulis Orientalibus, titulus *Primarii Administri, qui onus gravissimum Imperii, omnemque molem rerum, tantaque negotia, solus sustinet*.

In Futuro *Kal*, non tantum scribitur יֵשֵׁב cum quiete implicita, sed etiam יֵישֵׁב cum explicita. Sic יִיקַץ *expergefiebat*, Genesis. 24. וַיִּיצֶר *formaverat*, Gen. ii. 7. etiam יִצֹּר. Exstat *patach*, terminale punctum, aequè ac *tzeri*: sic יֵלֵךְ *ibit*, et יֵלַךְ, Job. vii. 9.

In Imperativo pleno, terminale punctum est ferè *cholem* vel *patach*; ut יְרַשׁ et יְרָשׁ *haeres esto*. Si aphaeresis primae fiat, servatur,

vatur, quod in Futuro erat, vel *tzeri* vel *patach*; ut רֵשׁ *possside*, Deut. i. 21. et רֵד *descende*; item הַב et הָב *dato*: a לֵךְ cum *He* paragogico, fit לְכָה.

Infin. constr. etiam habet יְרֹשׁ et יְרַשׁ; sic לִיסֹר *ad fundandum*. Admittitur hîc terminatio foem. ת; ut יְבֹשֶׁת *exarescere*, Gen. viii. 7. יְכֹלֶת *valere*, Num. xiv. 16. Crebra hîc aphaeresis primae, tum forma masc. ut רֵד *descendere*, Jud. xix. 11. et cum *He* paragog. רְדָה, Gen. xlvi. 3. שׁוּב *sedere*, Jer. xlii. 10. tum forma foem. duplici; ut לֵדָה, לֶדֶת *parere*, *partio*; רֵעָה, דַּעַת *scire*, *scientia*; שַׁחַת pro שֶׁחֶת *putrescere*, *status putredinis*, ab יָשַׁת *putruit*, נַחַת *procumbere*, *relictum jacere*, ab יָנַח *cubuit*, Job. xvii. 16. In hoc *Thau* foeminino exeunt praeterea שֶׁבֶת *sedere*, צֶקֶת *fundere*, צֵאת pro צֶאֶת *exire*, רֶדֶת *descendere*, לֶכֶת *ire*; sumuntque affixa, ad normam *saegolatorum*: ut רִשְׁתִּי *possidere mei*, שִׁבְתִּי *sedere mei*, לִדְתָּה *parere ejus*. Pro לָלֶדֶת *ad pariendum*, per syncopen לַלַת, 1 Sam. iv. 19. ut אַחַת pro אַחֶדֶת *una*.

In *Hiphhil*, ut hactenus dictum, forma quadruplex:

1. Per *Jod* mobile; ut מַיְמִינִים, 1 Chron. xii. 2. *dextra agentes*, תַּאֲמִינוּ *dextrorsum ibitis*, Esa. xxx. 21. cum *Aleph* pro *Jod*, אַיְסִירֵם *castigabo eos*, Hos. vii. 12 יַיְשִׁירוּ *recta pergent*, Prov. iv. 24.

2. Per *Jod* quiescens in *tzeri*; ut אֵימִינָה *dextrorsum ibo*: etiam הֵמִין *dextrorsum abire*, 2 Sam. xiv. 19. הֵיטִיב *benefecit*, הֵינִיק *lactavit*, הֵילִיךְ *ire fecit*, הֵילִיל *ejulavit*, הֵימִיר *mutavit*, a יָמַר Jer. ii. 11.

3. Per *Waw* mobile; ut הַוְצֵא *educ*, Gen. viii. 17. הַוְשַׁר *dirige*, Psal. v. 9. haec gratis correcta in הַיְצֵא et הַיְשַׁר a Masora. Perpetua enim haec forma apud Syros.

4. Per *Waw* quiescens in *cholem* saepissime; ut הוֹשִׁיעַ *salvum praestitit*, הוֹרִיד *descendere fecit*, הוֹלִיךְ *ire fecit*.

Hophhal semper habet *Waw* per *schurek*; ut הוּרַד *dejectus est*, הוּשַׁב *sedere factus est*, הוּקַד *ardere factus est*, &c. יֻצַּע pro יוּצַע *substernetur*, Esa. xiv. 11. הֻנַּח pro הוּנַח *depositus est*.

Notandum est, *Jod* aliquando in locum *schevatis* praecedentis suam vocalem remittere, quietem capiens, si possit; sin minus, perit: ut וִילְלַת, Jer. xxv. 36. pro וְיִלְלַת; וְיִחֵלוּ *et exspectant*, pro וִיַחֵלוּ ex Specie *Pihhel*, ab יָחַל, Job. xxix. 21. בְּיִקְּרוֹתֶיךָ *inter*

inter valde honoratas tuas, pro בְּיִקְּרוֹתֶיךָ formae *Pihhel*, Psal. xlv, 10.

Observandum est, Transpositionem eandem obtinere in voce וַתֵּתַצַּב *et constituit sese*, Exod. ii. 4. quam ad primam sibilantem frequentavit Hebraea. Sic enim, הִיתַצֵּב et הִיתַצֵּב in *Hithpahhel*, nihil anomali habet; potest enim illa transpositio fieri, etiamsi prima radicalis non sit è sibilantibus; ut pro הִתְפַּקֵּד enunciatum sit הִפְתַּקֵּד, ut Arabes semper efferunt.

Quiescentium Classis Secunda.

Media Radicali.

SECUNDA Classis Quiescentium, ex Verbis, quae mediam radicalem habent aliquam אוי, constat; quae etiam totidem Classes sub se continet:

I. Prima est, Verborum quibus *secunda*, i. e. *media* radicalis *Aleph*; ut בָּאַשׁ *foetuit*, פָּאַר *gloriatus est*, שָׁאַג *rugiit*.

Rarissima quidem in iis quies; nam, non eadem in quietem proclivitas, apud Hebraeos et Arabes ac apud Aramaeos. Etiamsi verò plerumque perfectam normam conjugandi sequuntur, tamen aliquando quies admittitur: e. g. in Verbo רָאָה *vidit*, Jer. iii. 7. ubi וַתֵּרֶאה *et vidit*, pro qua invaluit etiam וַתֵּרֶא. In hoc ergo Futuro, per apocopen formato, media *Aleph* in quietem cadit; ut וַיֵּרֶא *et volavit*, a דָּאָה, Psal. lxxxviii. 11. וַתֵּלֶא *et fatiscis*, Job. iv. 5. pro תִּלְאֶה a לָאָה, &c. In quietem quoque ivisse videtur דָּאַב *tabuit*; unde מְדִיבוֹת *tabefacientes*, Levit. xxvi. 16. pro מַדְאִיבוֹת (z).

II. Se-

(z) *Aleph* medianum a quiete non planè abhorruisse, ostendit ראשׁ *caput*, pro רֵאשׁ: itemque רֵשִׁית *principium*, et ראשׁוֹן *primus*. Talia sunt בְּאֵר *puteus*, נֹאד *uter*. Item שֵׁלָה *petitio*, pro שְׁאֵלָה ex שְׁאֵלָה, 1 Sam. i. 17. a שָׁאַל *petivit*. Syris, haec quies mediae *Aleph*, ferè perpetua; dicunt enim שְׁאֵל. Hebraei et Arabes parciùs eam adhibent.

II. Secundum locum occupant, sub hac Classe Quiescentium, Verba quae habent mediam *Waw*; quam olim mobilem haud dubiè habuerunt, et קָוַם per omnes perfecti thematis ire potuit. Hanc veterem perfectam formam retinuere semper גָּוַע *exspiravit*, רָוַח *spiravit*, צָוַח *rupit vocem*. Quieti verò locum dedit difficilior sonus illius asperae literae, quae labra vastiùs diducit; ut in קָוַם *ka-wam*, *stetit*, יָקוּם *stabit*.

Evitatur ergo ingratior pronuntiatio: et quidem aliter in *Kal*, *Niphhal*, *Hiphhil* et *Hophhal*; aliter in *Pihhel*, *Pyhhel* et *Hithpahhel*; et, in prioribus, secundum canones sequentes:

1mo, Media *Waw*, in his quatuor Speciebus, supprimitur vel extruditur; ut קָוַם, קָם *stetit*: vel in quietem cadit, per *cholem* aut *schurek*; ut אוֹר *luxit*, pro אָוַר; מוּת *mortuus est*, pro מָוַת.

2do, Praeformantes hinc, pro vocali brevi, longam assumunt: 1. Quidem, in Futuro *Kal*, pro *chirek*, est ferè *kametz*, rariùs *tzeri*; ut יָקוּם pro יִקְוֹם *stabit*; יֵבוֹשׁ *perplexus erit*, pro יִבְוֹשׁ ex יִבְבוֹשׁ. 2. In Praet. et Part. *Niphhal*, item *kametz*, perrarò *tzeri*; ut נָקוֹם *stare factus est*, pro נִקְוַם; et נֵעוֹר *excitatus est*, pro נֵעוֹר ex נִעְוַר. 3. In Praet. et Part. *Hiphhil*, ex *chirek*, fit tantum *tzeri*; ut הֵיקִים *stare fecit*, pro הִקְוִים; et מֵקִים *stare faciens*, tanquam ex מִקְוִים. In reliquis, pro *patach*, est *kametz*; ut הָקֵם pro הַקְוֵם *erigere*; et יָקִים *eriget*, pro יַקְוִים. 4. In toto *Hiphhil*, tantùm *schurek*, ex *kametzchatuph* vel *kibbutz*; ut הוּקַם pro הָקְוַם vel הֻקְוַם.

3tio, Afformantes asyllabae non deducunt accentum, ad quietem mediae fulciendam vel et supplendam; ut קָמוּ *steterunt*, הֵקִימוּ *erexerunt*: excepto *Hophhal*, ubi semper הוּקְמוּ *erigentur*.

4to, Afformantes syllabicae eandem amant epenthesin; uti defectiva, secundam et tertiam radicalem similem habentia. Ea perpetua in Praet. *Niphhal*; ut נְקוּמוֹתִי *stare factus sum*. Frequens, sed libera, in Fut. *Kal*, cum Praet. et Fut. *Hiphhil*. In *Hophhal*, nulla; 1. In Verbis *dageschatis*, media *Waw* manere potest; ut עִוֵּת *torsit*, *tortavit*;

vit; עָוַת *tortatus eſt*; הִתְעַוֵּת *tortavit ſe*, &c. 2. Ad leniorem et molliorem pronuntiationem, ſumitur plerumque *Jod*; et קָוָם, &c. fit קִיֵּם, קִיַּם, הִתְקַיֵּם. 3. Mediâ *Waw* in quietem miſsâ per *cholem*, geminatur tertia; et fit קוֹמֵם, קוֹמַם, הִתְקוֹמֵם. 4. Mediâ radicali *Waw* ſuppreſsâ, geminatio fit primae ac tertiae, adhibitis punctis ordinariis; ut קִמְקֵם, קִמְקַם, הִתְקַמְקֵם.

PARADIGMA, ad Verbum קוּם *ſtare*, ita ſe habet, per quietem mediae.

K A L.

Infinitivus abſolutus et conſtructus.

קוּם קוּם לָקוּם קוּמָה קוֹמֶת

Praeteritum.

f.	Plur.	*m.*	*f.*	Sing.	*m.*	
	com.	קָמוּ	קָמָה		קָם	3.
קַמְתֶּן		קַמְתֶּם	קַמְתְּ		קַמְתָּ	2.
	com.	קַמְנוּ	*com.*		קַמְתִּי	1.

Futurum.

f.	Plur.	*m.*	*f.*	Sing.	*m.*	
תְּקוּמֶינָה		יָקוּמוּ	תָּקוּם		יָקוּם	3.
תְּקוּמֶינָה		תָּקוּמוּ	תָּקוּמִי		תָּקוּם	2.
	com.	נָקוּם	*com.*		אָקוּם	1.

Imperativus.

f.	Plur.	*m.*	*f.*	Sing.	*m.*
קוּמְנָה		קוּמוּ	קוּמִי		קוּם

Parti-

Participium Praesens.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
קָמוֹת	קָמִים	קָמָה	קָם

Participium Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
קוּמוֹת	קוּמִים	קוּמָה	קוּם

NIPHHAL.

Infinitivus absolutus et constructus.

הִקּוֹם הִקּוֹם לְהִקּוֹם לִקּוֹם

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	נָקוֹמוּ	נָקוֹמָה	נָקוֹם	3.
נְקוּמוֹתֶן	נְקוּמוֹתֶם	נְקוּמוֹת	נְקוּמוֹתָ	2.
com.	נְקוּמוֹנוּ	*com.*	נְקוּמוֹתִי	1.

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תִּקּוֹמְנָה	יִקּוֹמוּ	תִּקּוֹם	יִקּוֹם	3.
תִּקּוֹמְנָה	תִּקּוֹמוּ	תִּקּוֹמִי	תִּקּוֹם	2.
com.	נִקּוֹם	*com.*	אִקּוֹם	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
הִקּוֹמְנָה	הִקּוֹמוּ	הִקּוֹמִי	הִקּוֹם

Parti-

Participium.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
נְקוֹמוֹת	נְקוֹמִים	נְקוֹמָה	נָקוֹם

HIPHHIL.

Infinitivus absolutus et constructus.

הָקִים הָקֵם בְּהָקֵם לְהָקִים לָקִים

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	הֵקִימוּ	הֵקִימָה	הֵקִים	3.
הֲקִמוֹתֶן	הֲקִימוֹתֶם	הֲקִימוֹת	הֲקִימוֹתָ	2.
הֲקַמְתֶּן	הֲקַמְתֶּם	הֵקַמְתְּ	הֵקַמְתָּ	
com.	הֲקִימוֹנוּ	com.	הֲקִימוֹתִי	1.
	הֵקַמְנוּ		הֵקַמְתִּי	

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תְּקִימֶינָה	יָקִימוּ	תָּקִים	יָקִים	3.
תְּקֵמְנָה	תָּקִימוּ	תָּקִימִי	תָּקִים	2.
com.	נָקִים	com.	אָקִים	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
הָקֵמְנָה	הָקִימוּ	הָקִימִי	הָקֵם

Parti-

Participium.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
מְקִימוֹת	מְקִימִים	מְקִימָה	מֵקִים

HOPHHAL.

Infinitivus absolutus et constructus.

לְהוּקַם	בְּהוּקַם	הוּקַם	הוּקַם

Praeteritum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
com.	הוּקְמוּ	הוּקְמָה	הוּקַם	3.
הוּקַמְתֶּן	הוּקַמְתֶּם	הוּקַמְתְּ	הוּקַמְתָּ	2.
com.	הוּקַמְנוּ	com.	הוּקַמְתִּי	1.

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תּוּקַמְנָה	יוּקְמוּ	תּוּקַם	יוּקַם	3.
תּוּקַמְנָה	תּוּקְמוּ	תּוּקְמִי	תּוּקַם	2.
com.	נוּקַם	com.	אוּקַם	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
הוּקַמְנָה	הוּקְמוּ	הוּקְמִי	הוּקַם

Participium.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
מוּקָמוֹת	מוּקָמִים	מוּקָמָה	מוּקָם

Vix paradigmate indigent formae *dageſchatae:* nam קֻוַּם et קַיֵּם ſunt formae perfectae, juxta *Pibbel*, *Pybbal* et *Hithpabbel*, decurrentes. קוֹמֵם, in triplici Specie, ſequitur legem τῶ *Pobbel*, *Pobbal* et *Hithpobbel*. Denique, קְמַקֵם, per tres Species, imitatur Verba quadrata.

APPENDIX.

AD vim et indolem linguae percipiendam, obſervetur: קַיֵּם *ſtare fecit*, intùs velut reflecti, ut ſit *ratum firmum fecit*; קוֹמֵם magis extùs quaſi prominere, ut valeat *erigere*, *in ſtatu graduque locare*, &c. קְמַקֵם non exſtat quidem ab hac radice; ſed ejus forma, florente lingua, notâſſe videtur *vehementiorem excitationem*: ita חוֹלֵל *dolore affecit*, ſonantiùs effertur חַלְחַל a חוּל; a עוּף *volavit*, fit עוֹפֵף *volitavit*, et עַפְעֵף *crebriùs celeriùſque volitavit*; inde עַפְעַפִּים *palpebrae*.

1. Quod ad varietatem quietis per puncta terminantia: In *Kal*, Infinitivus habet *ſchurek*, aliquando *kibbutz*; ut מֻת *mori*: recipit etiam *cholem*; ut קוֹם *ſtare*, Jer. xliv. 29. Terminatio foeminina obtinet in בּוֹשְׁנָה et בֹּשֶׁת *pudor*, &c.

Futurum et Imperfectum promiſcuè ſumunt *ſchurek*, cum vicariis *kibbutz* et *cholem*; ut יָשׁוּב, יָשֻׁב et יָשׁוֹב, pro arbitrio.

In Praet. plerumque *kametz*; ut לָן *pernoctavit*, מָט *vacillavit*: at in מֵת *mortuus eſt*, *tzeri* obtinuit; a veteri מֵית et מוּת. Poteſt et *cholem* tenere; ut בֹּשׁוּ *perplexi ſumus*, Jer. xii. 13.

In Part. Praeſ. ferè eſt *kametz*; ut שָׂם *ponens*, קָם *ſtans*; pro quo קָאֵם ex קָאֵם forma Aramaea, Hoſ. x. 14. Nonnunquam *tzeri*; ut מֵת *moriens*, לֵן *pernoctans*, זֵד *tumens*, עֵר *vigilans*, &c. *Pahhul* venit per *ſchurek* et *cholem*; ut סוּר *alienatus*, לוּט *involutus*, חֻשִׁים *feſtini*, Num. xxxii. 17. מֻלִים *circumciſi*, Joſ. v. 5.

2. In *Niphhal*, ubique eſt *cholem* vel *ſchurek*, ejuſque vicarium *kibbutz*; ut הִמּוֹל *circumcidi*, הִדּוֹשׁ *triturari*, לֵאוֹר pro לְהֵאוֹר *ad colluſtrari*, Job. xxxiii. 30. נָסוֹג *averſus eſt*, נְפוּגוֹתִי *ſingultare factus ſum*, Pſal. xxxviii. 9. נְקֹטֹתֶם *faſtidio correpti fueritis*, Ezech. xx. 43. יִמּוֹטוּ *vacillare coguntur*, Pſal. lxxxii. 5. נָמוֹג *undare factus*, נָבוֹךְ *perplexus factus*, נְבֻכִים *perplexi*, Exod.

xiv. 3. Notari meretur, foem. term. 2. נְפוֹצֶת pro נְפֻצֶת *dispersa*, 2 Sam. xviii. 8.

3. In *Hiphhil*, semper *chirek* longum vel *tzeri*, etiam ante epenthesin; ut הֵעַדֹתָ *testatus es*, Exod. xix. 23. הֲבֵיאתִי *introduxi*, Cant. iii. 4. Etiam, ante afformantes asyllabas, admittitur *tzeri*; ut הֵרֵעוּ *male fecerunt*, et מֵרֵעַ *maleficus*, a רוּעַ.

4. In *Hophhal*, media planè excidit, nec vocali longa utcunque sustinetur: unde et, ante afformantes asyllabas, *patach* abit in *scheva*; ut הוּבְאוּ *introducti sunt*, הֻמְתוּ *interfecti sunt*, quod pro הוּמְתוּ positum, 1 Sam. xxi. 9. Praeformantes, loco vocalis longae, nonnunquam et brevem tenuisse videntur cum *dagesch* forti: ita הַסִּית pro הֵסִית, Jer. xxxviii. 22. תַּלִּינוּ pro תָּלִינוּ *murmuratis*, Exod. xvi. 7. item הִזִּיל pro הֵזִיל *vilipendit*, Thren. i. 8.

III. Tertium locum, sub hac Classe, tenent Verba, mediâ *Jod*. Haec Verba, a Grammaticis veteribus agnita, malè a recentioribus ejecta fuere.

Talia exstitisse, constat, ex variis exemplis Verborum, hanc ipsam quietem, luce clariùs, in conjugando sequentium; ut דִּין pro דָּן *judicavit*, בִּין pro בָּן *intellexit*, גִּיל *exsultare*, דִּיג *piscari*, הִים *strepere*, לִין *pernoctare*, נִיר *novare agrum*, פִּיק *titubare*, שִׁיר *cantare*, שִׂים *ponere*: aliaque bene multa, quorum magna pars etiam *Waw* possidet.

Haec ad *Hiphhil* reducere, est vim adferre linguae: nihil enim alienius analogiae linguae Hebraeae, quàm ut בִּין *intelligere* et *intellexit*, dicatur esse in *Hiphhil*, pro הֵבִין per aphaeresin praeformantis. Sic, *Niphhal* sine *Nun*, et *Hithpahhel* sine הת, constare possunt. Exclusio, qua sonamus מֵבִין *intelligere faciens*, pro מְהֵבִין, nihil simile habet; nam ibi adesse censetur, haud minùs quam cùm effertur בַּבַּיִת pro בְּהַבַּיִת *in domo*. Ob pronuntiationem satis facilem, motus saepe fuit retentus; ut אֵיב *petivit hostiliter*: etiamsi propago ejus אֵיבָה *inimicitia*, eam quieti tradiderit.

Structurae Paradigmatis hae sunt, ad idem illud thema בִּין *intellexit*.

K A L.

Infinitivus absolutus et constructus.

בִּין בִּינָה לָבִין

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	בִּינוּ	בִּינָה	בִּין	3.
בַּנְתֶּן בִּינוֹתֶן	בַּנְתֶּם בִּינוֹתֶם	בַּנְתְּ בִּינוֹת	בַּנְתָּ בִּינוֹתָ	2.
com.	בַּנּוּ בִּינוֹנוּ	*com.*	בַּנְתִּי בִּינוֹתִי	1.

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תְּבִנָּה	יָבִינוּ	תָּבִין	יָבִין	3.
תְּבִינֶינָה	תָּבִינוּ	תָּבִינִי	תָּבִין	2.
com.	נָבִין	*com.*	אָבִין	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
בֵּנָּה	בִּינוּ	בִּינִי	בִּין

Participium Praesens.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
בָּנוֹת	בָּנִים	בָּנָה	בָּן

Participium Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
בְּנוֹת	בִּינִים	בִּינָה	בִּין

APPEN-

APPENDIX.

MEDIAM *Jod*, aequè ac *Waw*, in quietem dari potuisse, arguunt omnia nomina formae פַּיִד; quae, in regimine et motione, faciunt פִּיד vel פֵּיד. Derivatae illae formae, in quietem inclinantes, itemque in motum redeuntes, arguunt radices, mediâ *Jod*, ad utrumque paratas fuisse. In אֵיד *vapor*, perpetuò quiescit: quamvis et אַיִד olim dictum; אַיִל *aries*, a *fortitudine*; et אֵיל *fortis, potens*, ab אָיַל. Itemque אָיֹם *formidabilis*, a deperdito אָיַם fundit אֵימָה *formido*, foem. cujus mas. primigenium אֵים olim exstitit, unde habemus אֵימִים *terrores*. In toto ambitu linguae, vicissitudo motûs ac quietis eadem ubique, hoc in genere, occurrit. Apparet ergo, ubi בָּיַן in origine adfuerit, ibi בִּין abesse non potuisse.

Liquet planè, quid ansam dederit, ad *Hiphhil* haec omnia reducendi. Nam differentia nulla, nisi characteristica *He*, quâ praemissâ, distinguitur Infinit. *Hiphhil* הָבִין. In Fut. omnia similia: יָבִין verò, in *Hiphhil*, est pro יְהָבִין *intelligere faciet*; ut תָּלִין pro תְּהָלִין *pernoctare faciet*, Levit. xix. 19. et Deut. xxi. 23. At in *Kal*, יָלִין, simplice forma et notione est, *pernoctabit*, Psal. xix. 13. Etiam תָּלֵן in Fut. *Kal* exstat, Job. xvii. 2. ejus Part. לָן *pernoctans*, Nehem. xiii. 21. Ut לֵץ *irrisor*, a לִיץ; cujus *Hiphhil* מֵלִיץ *interpres*, &c. In *Hophhal*, eadem forma ac quiescentium mediâ *Waw*; ut הוּבַן utrique radici בּוּן et בִּין ex aequo respondet. In *Niphhal*, נָבֹן cum eadem epenthesi conjugatum quae in media *Waw* obtinet. Exemplum Praet. *Niphhal* in נָזִיד *coctum jusculum*, a זִיד *ferbuit cum tumore*, Gen. xxv. 29. Ex Fut. est יִמִּיטוּ *invergentur*, Psal. cxl. 11. Mas. habet יִמּוֹטוּ.

In *Pihhil*, *Pyhhal* et *Hithpahhel*, forma perfecta בִּיֵּן, itemque forma בִּנְבֵּן. Formae derivativae, נִיחוֹחַ *acquiescentia*, a נִיחַ *quievit*, et כִּידוֹד *scintillatio*, a כִּיד *scintillas extudit*, innuere videntur, exstitisse formam בִּיֵּן, aequè ac בּוֹנֵן, הִתְבּוֹנֵן, &c. Vid. Job. xxi. 20. et xli. 11.

Quiescentium

Quiescentium Classis Tertia.

Radicali Ultima.

TERTIA Classis Quiescentium efficitur ex Verbis quorum *tertia*, i. e. *ultima* est *Aleph*, *Waw* et *Jod.*

I. Primum locum hujus Classis tenent Verba desinentia in *Aleph* ; quae levem admodum mutationem subeunt, secundùm hasce regulas :

1mo, *Aleph* non amans *scheva* quiescens, semper ex motu in quietem, ad finem, transit, producens simul *patach* in *kametz* ; ut מָצָא pro מָצַא *invenit*, יִמְצָא pro יִמְצַא *inveniet* (*a.*) Et sic in *Niphhal*, נִמְצָא pro נִמְצַא *inventus*.

2do, Eadem de causa, ante afformantes syllabicas, item in quietem labitur, antecedente *kametz* vel *tzeri* in Praeteritis: in Futuris et Imperativis, *saegol*. In Praet. *Kal*, ferè *kametz* usurpatur ; nisi quòd terminale punctum *tzeri* retineri soleat : ut מָצָאתָ *invenisti*, מָלֵאתִי *plenus fui.* In reliquis Praeteritis, ordinariè *tzeri* ; ut נִמְצֵאתָ *inventus fuisti*, הִמְצֵאתָ *invenire factus es* ; dicitur tamen הִמְצָאתָ : ut etiam הָבָאתָה *adductus es*, Ezech. xl. iv.

3tio, In omnibus Participiis, terminatio foem. אֶת contrahitur in את ; ut מוֹצֵאת pro מוֹצֶאֶת *inveniens*, &c. נִמְצֵאת pro נִמְצֶאֶת *inventa*.

4to, Ante asyllabas, forma perfecta tenetur, i. e. *Aleph* semper motum exserit ; ut מָלְאָה *plena fuit*, מָלְאוּ *pleni sunt*. Aliquando verò *Aleph* supprimitur, claudens syllabam, tum in medio tum in fine ; ut מָצָתִי *inveni*, מָלְתִי *plenus sum*, etiam מָלוּ pro מָלְאוּ (*b*). Sic הֶחֱטִי *peccare fecit*.

Paradig-

(*a*) Ratio mutationis est, Quod voces sint acutae, simulque quiescens litera longiorem moram superaddat praecedenti vocali, non ampliùs *patach* manere potest, sed in *kametz* necessariò producitur.

(*b*) Observandum est, Verbum בּוֹא *intrare*, *venire*, tertiam *Aleph* saepe omittere, praesertim in *Hiphhil* ; ut מֵבִי *adducens*, pro מֵבִיא, 2 Sam. v. 2. item אָבִי *adducam*, 1 Reg. xxi. 29. sic יָנִי pro יָנִיא *crudum faciet*, Psal. cxli. 5. &c.

Paradigmate, in Verbo perfacili, vix opus est. Structurae tantùm hîc, in *Kal* et *Niphhal*, dabuntur; unde reliquae sponte fluent:

KAL.

Infinitivus absolutus et constructus.

לִמְצֹא מְצֹאת מְצֹא מְצֹא

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	מָצְאוּ	מָצְאָה	מָצָא	3.
מְצָאתֶן	מְצָאתֶם	מָצָאת	מָצָאתָ	2.
com.	מָצָאנוּ	*com.*	מָצָאתִי	1.

Futurum.

f Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תִּמְצֶאנָה	יִמְצְאוּ	תִּמְצָא	יִמְצָא	3.
תִּמְצֶאנָה	תִּמְצְאוּ	תִּמְצְאִי	תִּמְצָא	2.
com.	נִמְצָא	*com.*	אֶמְצָא	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
מְצֶאנָה	מִצְאוּ	מִצְאִי	מְצָא

Participium Praesens.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
מוֹצְאוֹת	מוֹצְאִים	מוֹצְאָה / מוֹצֵאת	מוֹצֵא

Participium Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
מְצוּאוֹת	מְצוּאִים	מְצוּאָה	מָצוּא

NIPHHAL.

NIPHHAL.

Infinitivus.

הִמָּצֵא בְּהִמָּצֵא לְהִמָּצֵא לְהִמָּצֹאת

Praeteritum.

נִמְצָא נִמְצְאָה נִמְצֵאתָ *&c.*

Futurum.

יִמָּצֵא תִּמָּצֵא *&c.*

Imperativus.

f. Plur. *m.* *f.* Sing. *m.*

הִמָּצֵא הִמָּצְאִי הִמָּצְאוּ הִמָּצֶאנָה

Participium.

נִמְצָא נִמְצָאָה נִמְצֵאת *&c.*

II. III. Secundum et tertium locum hujus Claſſis tenent Verba quieſcentia tertiâ radicali *Waw* et *Jod*, quae vulgò *Quieſcentia* tertiâ *He* vocantur.

Capitalis, etiam vulgaris, error, exiſtimare hancce literam *He* eſſe radicalem ; cùm certiſſimum ſit, *He* hîc eſſe literam vicariam, ſubſtitutam pro tertiis *Waw* et *Jod*, quae, in quietem pronae, ſibi hanc vicariam literam aſſumpſere. Sic ergo, pro גָּלַו et גָּלַי *revelavit*, quia *Waw* et *Jod* quieſcere nequeant in *patach*, ſcriptùm primitùs גָּלַה et mox גָּלָה ; eadem lege qua invaluit מָצָה pro מָצַה (*c*).

Ob-

(*c*) *Waw* et *Jod* tertiam ſedem radicis, aequè ac ſecundam et primam, inire potuiſſe, arguit non tantùm analogia, Dialectorumque harmonia, verùm etiam diſertiſſima et copioſiſſima exempla Biblica, planè demonſtrant ; ut שָׁלַוְתִּי *defaecatè tranquillus fui*, Job. iii. 16. a שָׁלַו, pro quo שָׁלָה. Etiam שָׁלַי dictum, patet ex Job.

Obſervetur, primò, Omnia Verba, quae *He* radicale, puncto *mappik* inſignitum, habeant, conſtanter motum ſuum retinere, et perfecti thematis normam ſequi; ut גָּבַהּ *altus fuit*, גָּבְהָה, גָּבַהְתָּ, גָּבַהְתְּ. Sic נָגַהּ *ſplenduit*, תָּמַהּ *ſtupuit, attonitus fuit.* Illa verò Verba, quae *He* vicarium τῦ *Waw* et *Jod* teneant, in inflexione Verbi, *Waw* vel *Jod* poſſidere et recuperare; ut a גָּלָה, ubi *He* vicarium eſt *Jod*, in 2da perſ. dat גָּלִיתָ, גָּלִית, et גְּלִיתֶם, &c. Planè igitur apparet, *He* illud non eſſe radicale, quod quietem in 3tia ingrediatur; ſed ſervile, tertiarum *Waw* et *Jod* vices excipiens. Ac propterea facilè ejicitur; vel in *Jod*, partim quieſcens, partim mobile, commutatur; quin et in *Thau* trajicitur (*d*). Nulla igitur omnino dantur Verba quorum tertia radicalis *He* in quietem abeat; quemadmodum nec in prima

Job. xii. 6. יִשְׁלָיוּ *tranquilli ſunt;* quae eſt forma perfecta cum *kametz*, ob pauſam. Si radicalis tertia fuiſſet *He*, jam perfectè יִשְׁלָהוּ efferretur; ut יִגְבָּהוּ *elati erunt*, a גָּבַהּ, quod nunquam vel גָּבוֹתָ vel גָּבִיתָ dedit in 2da Praet. tam parùm, viz. quàm פָּקַד.

(*d*) Ne unicum quidem exemplum datur, in quo tertia *He* viciſſim moveatur aut quieſcat, prout in אוי aſſolet: ita יֶאֱלֶה dat יֹאלֶה, 1 Sam. xiv. 24. Aſt nunquam אָלִיתָ *exſecratus es*, pronuntiari potuit אָלַהְתָּ; tam parùm ſanè quàm עָלִיתָ *altus fuiſti*, dictum עָלַהְתָּ a עָלָה. E contrario, גָּבְהוּ *altifrontes ſunt*, nunquam enunciatum ſcriptumve fuit גָּבוּ: nec גָּבַהְתָּ trajectum in גָּבִיתָ. Luſtrentur linguae univerſae pomoeria: et, ita indolem ſeſe habere, attendenti patebit. Ita ſe res habet etiam in derivatis: nam a עָלָה eſt עֶלְיוֹן *altiſſimus*, nunquam עֶלְהוֹן; et viciſſim, a גָּבַהּ *altifrons fuit*, eſt גָּבוֹהַּ *elatus*, non autem גֶּבְיוֹן; et גַּבְהוּת *elatio*, non גַּבְיוּת. Sic אֱלוֹהַּ ab אָלַהּ Arab. أَلَهَ *coluit, adoravit*, et non ab אָלָה *juravit*; quae in origine fuit אָלַי et אָלַו, in Dialect. Arab. الا et الى unde أَلِيَّة *jusjurandum*, et أَلِيٌّ *multum jurans.* Nullum exemplum, quale עֱלוֹהַּ *altus*, a עָלָה, aut שְׁלוֹהַּ *tranquillus*, a שָׁלָה, invenitur.

prima nec in secunda sede unquam quiescere invenitur: הָבַל *vanus fuit*, ubique *He* mobile retinet; מָהַר *promptus festinavit*, nunquam motum mediae deponit.

2do, Multa Verba exstitisse, quae in *Waw* exierint, etiam perfectè conjugata olim. Tale est שָׁלֵו *defaecatè liquidus, tranquillus fuit*; unde שָׁלַוְתִּי, Job. iii. 26. et in Part. praes. *Kal*, שָׁלֵו *tranquillus*, cum derivato שַׁלְוָה *liquida tranquillitas*. Sic etiam אֲרַיֶּוְךָ *irrigabo te*, Esa. xvi. 9. Fut. *Pihhil* a רָוָה, quod etiam dat רָוָי. De reliquis quibus media *Waw* vel *Jod*, cum tertia *He* quiescenti, idem observandum. Quod *Waw* et *Jod* in medio et fine exstent.

3tio, Plurima *Jod* mobile ad finem habuisse; atque adeo omnia quae in *Waw* cadebant, etiam in *Jod* cadere potuisse, item perfectè conjugata: ut a שָׁלָי dictum fuerit שָׁלַיְתִּי, &c. שָׁלְיוּ, יִשְׁלָיוּ, Job. xii. 6. Ita, a רָוָי ultimâ *Jod*, perfecta forma exsistit יִרְוְיוּ *rigabuntur*, Psal. xxxvi. 9.

4to, Participium *Pahhul* antiquam normam linguae perpetuò conservâsse; saltem cùm ultima esset *Jod*: unde, ad perfectam formam, גָּלוּי *revelatus*, גָּלוּו *galuw*, etiam exstitit; sed, ob duritatem, minùs placuit: hinc nonnunquam in גָּלוּ colliquefactum; prout נָקִי in Part. *Pahhul*, ex נָקִיי *innoxius*, per quietem ultimae, molliusculè pronuntiatum.

Hisce observatis, imperfecta, i. e. delicatior conjugandi ratio, in his Verbis, facilè apparebit, tum ad finem tum in medio. Ad finem, *Waw* et *Jod* in quietem missis, substituitur *He* servile illud, quiescens, videlicet, quod nunquam motum recipere potuit; sed vel excludi debuit, vel in *Thau* mutari. Hujus terminatio eadem ferè, et similis, in similibus Modis et Temporibus:

1. Infinitiva masculina habent *cholem* et *tzeri*; רָאֹה et constr. רְאֹה, רָאֹה *videre*, הֵרָאֵה *videri*; עָנֹה et עֲנֹה *affligere*, עָנֹה *affligi*: Infinitiva foeminina, in *Thau* exeuntia, etiam *cholem*; ut רְאוֹת et רְאֹת pro רְאוֹת *videre*; item הֵרָאוֹת *videri*.

2. Praeteritis omnibus additum *kametz*; ut רָאָה *vidit*, נִרְאָה *visus est*; עִנָּה *afflixit*, עֻנָּה *afflictus*.

3. Futuris plerumque *saegol* et *tzeri*; יִבְנֶה *aedificabit*, יִבָּנֶה *aedificabitur*, &c. יְגַלֶּה *reteget*, Levit. xviii. 7.

4. Impe-

4. Imperativis usitatissimè *tzeri*, rariùs *saegol*; ut פְּרֵה וּרְבֵה *fructifica et cresce*, רַבֵּה *multiplica*, Jud. ix. 29.

5. Participia absoluta, *saegol*, constructa verò *tzeri*, habent; ut רוֹאֶה *videns*, etiam רֹאֵה. In *Pahbul*, exstat נָטוּי *extensus*, forma perfecta, a נָטֵי: et etiam נָטוּו ultimâ motâ, a נָטוּ; ut Esa. iii. 17. נְטוּוֹת גָּרוֹן *extentae guttur*, 1 Sam. xxv. 18. עֲשׂוּוֹת *paratae*. Per quietem, effertur צָפוּ pro צָפוּו *captatus*, Job. xv. 22. In altero Part. *Pahbil*, contractio fit, et dat גָּלִי pro גָּלִיי; ita tamen ut declinatio exigat *dagesch*, i. e. formam perfectam. Sic נָקִי *innoxius*, pro נָקִיי dat נְקִיִּם; sic רְאוּיִם *digni*, a רָאוּי.

In medio verò, ubi *He* illud servile non toleratur, alia via inita cum afformantibus syllabicis, alia cum asyllabis:

1. Ante syllabicas, restituitur *Jod*, quiescens in *chirek* et *tzeri*, in Praeteritis, ubi *Kal* amat *chirek*; ut עָשִׂיתָ *fecisti*, &c. Passiva malunt *tzeri*; ut נִגְלֵיתָ. Exstat etiam נִגְלִינוּ, 1 Sam. xiv. 8.

Pihhel, *Hiphhil*, *Hithpohhel*, itemque *Pohhel*, *Piblel*, &c. liberè utroque puncto utuntur.

In Futuris et Imperativis, adhibetur *saegol*, uti quiescentia tertiâ *Aleph*; ut רְאֶינָה *videte foem.* תִּרְאֶינָה *videbunt.*

2. Ante asyllabas וּ et יִ, ut et ante affixa, tertia radicalis planè supprimitur; ut שָׁלוּ *liquidè securi sunt*, Jer. xii. 1. pro שָׁלְווּ; בְּנוּ *aedificate*, pro בְּנָוּ. At tertia foem. ne בָּנָה maneret בָּנָה, et discrimen generis periret, effecit ut *He* in *Thau* mutaretur, et ex בָּנָה fieret בָּנְתָה *aedificavit foem.* נִבְנְתָה *aedificata est*. Antiqua lingua simpliciùs dabat, per alteram terminat. foem. גָּלַת. Ea, in adfixione, perpetua: extra eam, etiam compareret; ut עָשָׂת *fecit*, exstat etiam pro עָשְׂתָה. Sic הִרְצָת *accepta habuerit*, Levit. xxvi. 34. הֶלְאָת *fatigavit*, Ezech. xxiv. 12.

Ut analogia universa horum Verborum appareat, quisque conjugandi formas perfectas sibi praestruat; prout גָּלַו et גָּלַי eas induere olim potuere.

Ad quietis normam, Paradigma hocce praeluceat:

KAL.

Infinitivus absolutus et constructus.

Masc. Form.

גָּלוֹ גָּלֹה גְּלֹה בִּגְלֹה לִגְלֹה

Foem. Form.

גְּלוֹת גְּלוֹת לִגְלוֹת

Praeteritum.

f.	Plur. *m.*	*f.*	Sing. *m.*	
com.	גָּלוּ	גָּלְתָה	גָּלָה	3.
גְּלִיתֶן	גְּלִיתֶם	גָּלִית	גָּלִיתָ	2.
com.	גָּלִינוּ	*com.*	גָּלִיתִי	1.

Futurum.

f.	Plur. *m.*	*f.*	Sing. *m.*	
תִּגְלֶינָה	יִגְלוּ	תִּגְלֶה	יִגְלֶה	3.
תִּגְלֶינָה	תִּגְלוּ	תִּגְלִי	תִּגְלֶה	2.
com.	נִגְלֶה	*com.*	אֶגְלֶה	1.

Imperativus.

f.	Plur. *m.*	*f.*	Sing. *m.*
גְּלֶינָה	גְּלוּ	גְּלִי	גְּלֵה

Participium Praesens.

f.	Plur. *m.*	*f.*	Sing. *m.*
גּוֹלוֹת	גּוֹלִים	גּוֹלָה	גּוֹלֶה

Participium Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
גְּלוּיוֹת	גְּלוּיִים	גְּלוּיָה	גָּלוּי

NIPHHAL.

Infinitivus absolutus et constructus.

נִגְלֹה הִגָּלֵה הִגָּלוֹת לְהִגָּלוֹת לִגָּלוֹת

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	נִגְלוּ	נִגְלְתָה	נִגְלָה	3.
נִגְלֵיתֶן	נִגְלֵיתֶם	נִגְלֵית	נִגְלֵיתָ	2.
com.	נִגְלֵינוּ	*com.*	נִגְלֵיתִי	1.

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תִּגָּלֶינָה	יִגָּלוּ	תִּגָּלֶה	יִגָּלֶה	3.
תִּגָּלֶינָה	תִּגָּלוּ	תִּגָּלִי	תִּגָּלֶה	2.
com.	נִגָּלֶה	*com.*	אֶגָּלֶה	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
הִגָּלֶינָה	הִגָּלוּ	הִגָּלִי	הִגָּלֵה

Participium.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
נִגְלוֹת	נִגְלִים	נִגְלָה	נִגְלֶה

PIH-

PIHHEL.

Infinitivus absolutus et constructus.

לְגַלּוֹת	גַּלּוֹת	גַּלֵּה	גַּלּוֹ

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	גִּלּוּ	גִּלְּתָה	גִּלָּה	3.
גִּלִּיתֶן	גִּלִּיתֶם	גִּלִּית	גִּלִּיתָ	2.
com.	גִּלִּינוּ	*com.*	גִּלִּיתִי	1.

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תְּגַלֶּינָה	יְגַלּוּ	תְּגַלֶּה	יְגַלֶּה	3.
תְּגַלֶּינָה	תְּגַלּוּ	תְּגַלִּי	תְּגַלֶּה	2.
com.	נְגַלֶּה	*com.*	אֲגַלֶּה	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
גַּלֶּינָה	גַּלּוּ	גַּלִּי	גַּלֵּה

Participium.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
מְגַלּוֹת	מְגַלִּים	מְגַלָּה	מְגַלֶּה

PUH-

PUHHAL.

Infinitivus absolutus et constructus.

גֻּלֵּה גֻּלּוֹת לְגֻלּוֹת

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	גֻּלּוּ	גֻּלְּתָה	גֻּלָּה	3.
גֻּלֵּיתֶן	גֻּלֵּיתֶם	גֻּלֵּית	גֻּלֵּיתָ	2.
com.	גֻּלֵּינוּ	*com.*	גֻּלֵּיתִי	1.

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תְּגֻלֶּינָה	יְגֻלּוּ	תְּגֻלֶּה	יְגֻלֶּה	3.
תְּגֻלֶּינָה	תְּגֻלּוּ	תְּגֻלִּי	תְּגֻלֶּה	2.
com.	נְגֻלֶּה	*com.*	אֲגֻלֶּה	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
גֻּלֶּינָה	גֻּלּוּ	גֻּלִּי	גֻּלֵּה

Participium.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
מְגֻלּוֹת	מְגֻלִּים	מְגֻלָּה	מְגֻלֶּה

HIPHHIL.

Infinitivus absolutus et constructus.

הַגְלֵה הַגְלוֹת לְהַגְלוֹת לְגְלוֹת

Praete-

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	הִגְלוּ	הִגְלְתָה	הִגְלָה	3.
הִגְלִיתֶן	הִגְלִיתֶם	הִגְלִית	הִגְלִיתָ	2.
com.	הִגְלִינוּ	*com.*	הִגְלִיתִי	1.

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תַּגְלֶינָה	יַגְלוּ	תַּגְלֶה	יַגְלֶה	3.
תַּגְלֶינָה	תַּגְלוּ	תַּגְלִי	תַּגְלֶה	2.
com.	נַגְלֶה	*com.*	אַגְלֶה	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
הַגְלֶינָה	הַגְלוּ	הַגְלִי	הַגְלֵה

Participium.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
מַגְלוֹת	מַגְלִים	מַגְלָה	מַגְלֶה

HOPHHAL.

Infinitivus absolutus et constructus.

הָגְלֵה   הָגְלוֹת   לְהָגְלוֹת

Praete-

Praeteritum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
com.	הָגְלוּ	הָגְלְתָה	הָגְלָה	3.
הָגְלֵיתֶן	הָגְלֵיתֶם	הָגְלֵית	הָגְלֵיתָ	2.
com.	הָגְלֵינוּ	*com.*	הָגְלֵיתִי	1.

Futurum.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*	
תָּגְלֶינָה	יָגְלוּ	תָּגְלֶה	יָגְלֶה	3.
תָּגְלֶינָה	תָּגְלוּ	תָּגְלִי	תָּגְלֶה	2.
com.	נָגְלֶה	*com.*	אָגְלֶה	1.

Imperativus.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
הָגְלֶינָה	הָגְלוּ	הָגְלִי	הָגְלֵה

Participium.

f. Plur.	*m.*	*f.* Sing.	*m.*
מָגְלוֹת	מָגְלִים	מָגְלָה	מָגְלֶה

HITHPAHHEL.

Infinitivus absolutus et constructus.

הִתְגַּלֵּה הִתְגַּלּוֹת לְהִתְגַּלּוֹת

Praete-

APPENDIX.

TERTIAM ſedem ſibi jure reſumpſiſſe *Waw* et *Jod*, in iis quae vulgò vocantur *quieſcentia He*, quorum origo eſt *Waw* vel *Jod*, clarum eſt. Quicquid enim eſt radicum, in *He* quieſcens deſinentium, ad *Waw* vel *Jod* revocari debet: nam *He* pro iis ſubſtituitur; quòd quieti accommodatius ſit. Ubicunque verò *He* radicalis ſit, immobilis permanet in tertia ſede, aequè ac in prima et ſecunda.

Ut verò, ex anomaliis omnibus, quibus ſemet implicuere Grammatici, emergatur, apponam formas perfectas Verborum in *Waw* et *Jod*; quorum tam magna copia in Sacris occurrit, ut ne umbra dubitationis, circa originem et indolem eorum, relinquatur.

Planè ultimam *Jod* habent ſequentia; ישתיון *bibent*, Pſal. lxxviii. 44. יחזיון *videbunt*, תבעיון *quaeretis*, Eſa. xxi. 12. יאתיני *veniet mihi*, Job. iii. 25. ab אתי. Sic in Praet. *Kal*, נטיו *inclinarunt*, Pſal. lxxiii. 2. חסיה *confugit*, Pſal. lvii. 2. בעיו *aeſtuate*, Eſa. xxi. 12. &c. Ex Part. praeſ. venientia עטיה *obnubens*, Cant. i. 7. בכיה *flens*, פוריה *fructificans*, המיה *tumultuans*, אתיות *venientia*; ex Fut. *Pihhel*, תדמיו *aſſimilabitis*, Eſa. xlvi. 5. יכסימו *operuere eos*; ex *Hiphhil*, תוגיון *cruciabitis*, Job. xix. 2.

Alia ſunt Verba etiam quae *Jod* quieſcens, ad indicium originis, videlicet, ante affixa, aſſervant; ut יחיינו *vivificabit nos*, Hoſ. vi. 2. אפאיהם *exſcindam eos*, Deut. xxxii. 26. הכיני *percute me*, 1 Reg. xx. 35. יכסומו a כסה, Pſal. cxl. 10.

Waw, ad finem, etiamſi rariùs, ex praedictis, et exemplis adducendis, fuiſſe conſtat; ut ראוה, Ezech. xxviii. 17. *He* paragogis cum cum Infinit. ראו *videre*, a ראו *vidit*; quod et ראי, et inde ראה. Debet huc referri, quicquid eſt propaginum a radicibus quieſcentibus tertiâ *He*, in quibus ſeſe *Waw* mobile exſerit; ut ענו *manſuetus*, ענוה *manſuetudo*, a themate ענו, et molliùs enunciatum ענה. Exſtat etiam חגוי סלע *latibula petrae*; ſing. ejus fuit חגו, a חגו حجا *confugit in locum, eique fixus adhaeret*. Sic קצוי ארץ *fines terrae*, Pſal. xlviii. 11. ejus ſing. eſt, vel *ſaegolatum*, קצו *amputatio, praeſectio, terminatio*, vel קצו *praeſecans*,

praesecans terminus, a קָצַץ *secuit*; pro quo increbuit קָצָה, Arab. قضى *terminavit*, ultimâ *Waw* et *Je*; item قصي *praecîdit*. Sic בְּלוֹיֵ *veteramenta*, Jer. xxxviii. 11. a sing. בְּלוֹ *below*, a בָּלוּ vel בָּלָה *attritus fuit vetustate*; quod est Arab. بلا pro بَلَوَ

De formis Infinitivis, observandum, Nullam anomaliam esse in גְּלוֹ; pro quo גְּלֹה recentiore scriptione inductum. Sic בְּכוֹ *flere*, Esa. xxx. 19. רְאוֹ *videre*, Gen. xxvi. 28. Terminatio etiam גְּלוֹת concepta est secundùm formam פְּקֹדֶת; atque derivatum ex גְּלֻיֹת. Haec omnia Verbalia, Infinitivi charactere signata. Ita שְׁבִית et שְׁבוּת *captivitas*. Talia desinant temerè corrigere audaciores Critici, donec indolem Linguarum Orientalium clariùs perspexerint.

In Infinit. *Niphhal*, נִגְלֹה, sine praeformante prostat, 1 Sam. ii. 27. ejus foem. invenitur, 2 Sam. vi. 20. נִגְלוֹת etiamque לְהִגָּלוֹת. Sic נִקְרָא pro נִקְרָה, 2 Sam. i. 6.

In *Pihhel*, pro חַכּוֹ et חַכֵּה *exspectare*, etiam legitur חַכֵּי cum *Jod* in *tzeri* quiescente, Hos. vi. 9.

In *Hiphhil*, הַרְבֵּה *multiplicare*, obtinuit ex הַרְבֵּי. Etiam *He* paragogicum potest esse enunciatum הַרְבָּה, Gen. iii. 16. potest et foemin. pro הַרְבָּיָה. Etiam, 2 Sam. x. 11. הַרְבִּית, ubi in margine est הַרְבֵּת. Utraque verò forma, bona. Sic etiam resolvenda הַרְבוֹ, הַרְבֵּה, הַרְבּוֹת pro הַרְבֵּוֹת.

Denique apparet, Differentiam esse inter Verba illa quae possideant *He* radicale, et ea quae *He* servile, substitutum pro *Waw* et *Jod*, ex grandi significationis discrimine; ut patet ex גָּבַהּ Arab. جبه *altifrons fuit*, quae toto coelo diversa est a גָּבָה *collegit aquam*, جبا ultimâ *Je* et *Waw*; unde גֶּבֶה *lacus, collectio aquarum*, 1 Reg. vi. 9. Aliud quoque בָּלַהּ, Ezr. iv. 4. بَلَهَ unde בַּלָּהָה *exsternatio mentis*; aliud בָּלָה pro בָּלוּ vel בָּלֵי, بَلَا *attritus fuit vetustate*, ultimâ *Je* vel *Waw*: unde בְּלוֹיֵ *veteramenta*.

Dialectorum auctoritas hîc firma est. Nam, Chaldaei, Syri, Arabes, quiescentia tertiâ *Aleph*, itemque *Waw* et *Jod*, agnoscunt: At

At quiescentia tertiâ *He* penitùs iis ignota; nisi quatenùs Chaldaei *He* servile, loco *Aleph*, substituere possunt, pro tertia *Waw* vel *Jod*.

Sperandum est, Viros Doctos, tam manifestis exemplis, in posterum, non se oppossituros; sed operam sibi, ab Arabica oblatam, ambabus ulnis amplexuros.

Observandum est, primò, Literas אוי, in omni sede, prima, secunda, tertia, facilè inter se commutari. Praesertim, magna earum vicissitudo in tertia, tum literarum tum punctaturae ratione, quod ad *terminantem*, quae dicitur, *vocalem*.

Quod in prima et secunda accidat, ex dictis, p. 159. &c. percipi possit. In tertia, *Aleph* a tertiis *He* mutuatur, 1. Literam; ut נְשׂוּי *condonatus*, pro נְשׂוּא, Psal. xxxii. 1. רְפָה *sana*, pro רְפָא, Psal. lx. 4. 2. Punctaturam; ut כָּלֵאתִי pro כָּלִאתִי *compescui*, Psal. cxix. 101. 3. Literam et punctationem simul; ut נִטְמֵינוּ *sordidi facti sumus*, pro נִטְמֵאנוּ Job. xviii. 3. בֹּטֶה *effutiens*, Prov. xii. 18. pro בֹּטֵא; מַקְנֶה pro מַקְנֵא *zelotypia inflammans*, Ezech. viii. 3. ut מַקְנֶה אַף *rubedo flammata nasi*, מַקְנֶא, Job. xxxvi. 33.

2do, Verba, quibus est tertia *He* pro *Waw* vel *Jod*, a finitis in *Aleph* accepere, 1. Literam; ut נָקִיא *innocens*, pro נָקִיי, Jon. i. 14. רָצְאתִי *acquieverim*, pro רָצִיתִי, Ezech. xliii. 27. 2. Punctaturam; ut הֶחֱלִי ex הֶחֱלִיא pro הֶחֱלָה *afflixit*. 3. Literam et punctationem simul; ut יַפְרִיא pro יַפְרֶה *fructum feret*, Hos. xiii. 15. וַיֹּרְאוּ הַמֹּרְאִים pro הַמֹּרְאִים *et jaculati sunt jaculatores*. In Fut. et Part. *Hiphhil*, ubi forma ordinaria dedisset וַיֹּרוּ הַמּוֹרִים; nondum existimanda tamen vitiosa scriptio. Repraesentat plenas hujus Verbi formas יֹרְיוּ הַמֹּרְיִים, tertiâ motâ, atque mox in *Aleph* trajectâ; quod deinde, in pronuntiatione, suppressum.

In genere, observandum, Radices, ultimâ *Aleph* et ultimâ *Waw* vel *Jod*, plerumque quidem diversam, saepissimè tamen eandem originem tenuisse. Sic חָלָא et חָלָה *teri*, פָּלָא et פָּלָה *separari*, טָמֵא et טָמָה *obturari*, unde fluxit secundaria notio *polluti*.

CAPUT

CAPUT III.

De Verbis dupliciter Imperfectis.

TRIBUS Ordinibus, hactenùs memoratis, Quartus addi possit, qui Verba complectitur *dupliciter Imperfecta*.

Illa duplex imperfectio nihil aliud infert, quàm quòd, secundùm fundamenta linguae, multa exsistere debuerint Verba, quae, quod ad originem suam, perfecta, pro literarum naturâ et situ, duplicem subire potuerint mutationem, ad majorem pronuntiandi gratiam et facilitatem, sive per *elisionem*, sive per *quietem*.

Maximi momenti, ut Tyro Hebraeus haecce, iterum atque iterum, perlegat et intelligat; cùm dimidiam fermè partem linguae constituant, atque, sine hac clavi, nunquam in adyta linguae penetrari queat.

En! Decem Classes, diligenter notandas ab omnibus qui, hac in palaestra, aliquem progressum facere velint:

I. Prima et tertia radicalis simul deficiunt, in his Verbis quae habent, pro prima radicali, *Nun*, et, pro tertia, *Nun* vel *Thau*; ut נָגַן *psallere*, נָחַת *descendere*, cujus *Niphhal* dat נִחַתָּ pro נִנְחַתְתָּ *descendere factus es*. Sic נִתַּתָּ pro נִנְתַנְתָּ *datus fuisti*. Idem observandum est, de Verbis quae, cum prima *Aleph*, *Waw* et *Jod*, tertiam *Nun* vel *Thau* accepere; ut אָמַן, יָשַׁן, אָפַת vel יָפַת, &c.

II. Prima saepe deficit, et tertia *Aleph* quiescit, in נָשָׂא *tulit*; unde in Fut. *Kal*, יִשָּׂא *tollet*. Vid. pag. 147. et Imperat. שָׂא *tolle*, Infinit. שׂוֹא et שְׂאֵת pro שְׂאֵת *tollere*; נִשָּׂא *sublatus est*, הִשִּׂיא *tollere fecit*. In הִשֶּׁנָה una tantum radicalis apparet, pro תִּשֶּׂאנָה, Ruth. i. 14. ob suppressam, ex quiete, tertiam.

III. Prima deficit, et tertia *He*, ex *Jod* et *Waw*, quiescit in נָטָה *tetendit*; ejus Fut. in *Kal*, dat יִטֶּה pro יִנְטֶה. Per apocopen, quod ferè accidit, quando praeponitur *Waw* conversiv. fit יֵט et יַט, in *Niphhal*, נִטָּה *inclinatus*

clinatus est; dat etiam נְטוֹ pro נְטָיו, Num. xiv. 6. pro נְגְטָיו. Obscuriùs sese habet vox הִטֵּתוּ in Praet. *Hiphhil*, cum afform. הוּ *inclinare fecit eum*, Prov. vii. 21. In Fut. יַטֶּה, et, per apocopen, יַט, Psal. xiv. 4. ejusque Imperat. הַט pro הַטֵּה, &c. Aliud difficile genus contractionis, quocum oculus discentis assuescendus; ut יֵז *asperget*, Fut. *Kal*, ex יִזֶּה a נָזָה *sparsit*; יַךְ *percutiet*, pro יַכֶּה, quod pro יַנְכֶּה Fut. *Hiphhil*, a נָכָה.

IV. Prima et tertia *Aleph* simul quiescunt in יֵתֵא *veniet*, Deut. xxxiii. 21. pro יֶאֱתָא ex יֶאֱתָא Fut. *Kal*, ab אָתָא *venit*. Vid. pag. 161. et 180.

V. Verba incipientia ab *Aleph*, et desinentia in *He*, ex *Jod* vel *Waw*, habent aliquando *Aleph* et *He* quiescentia; ut יֹאפֶה *coquet*, in Fut. *Kal*, ab אָפָא *coxit*; unde etiam וַתֹּפֵהוּ *et coxit*, 1 Sam. xxviii. 24. primâ et tertia radicali suppressâ. At יֵאת pro יֶאֱתֶה *veniet*, cum quiete primae, patitur apocopen tertiae: ad quam normam, יֹאף pro יֹאפֶה *coquet*, dici potuit.

VI. Primâ *Waw* vel *Jod*, et tertiâ *Aleph*, quiescit Verbum וָצָא et יָצָא *exiit*; ejus Fut. *Kal* est יֵצֵא *exibit*; unde צֵא *exi*; et Infin. צוֹא, צֵא, צֵאָה *excretio*; צֵאת pro צֵאֵת *exire*. Fit etiam, secundùm easdem regulas, in *Niphhal*, *Hiphhil* et *Hophhal*. Tale est יָרֵא *timuit*; in Fut. *Kal*, יִירָא et יִרָא *timebit*; in Infinit. לֵרֹא *ad timendum*, pro לִירֹא, 1 Sam. xviii. 29. usitatiùs לִירֹא; in *Niphhil*, נוֹרָא *timendus*.

VII. Primam *Waw* vel *Jod*, cum tertia *Waw* vel *Jod*, simul in quietem dat Verbum יָרָה *jaculatus est*, veniens pro יָרָו et יָרָי; ejus Fut. in *Kal* est יִירֶה; unde, cum affix. נִירָם *jaculamur eos*, Num. xxi. 30. In *Hiphhil*, יוֹרֶה, per apocopen, יוֹר *jaculabitur*; in Praet. *Hiphhil*, הוֹרָה propriè, *direxit ad scopum*, *docuit*; unde תּוֹרָה *lex*. Talia sunt יָגָה *doluit pedem ex lapillo*; in *Hiphhil*, הוֹגָה *cruciavit*; in *Hophhal*, הוּגָה; unde תּוּגָה *discruciatio*; in Part. *Niphhal*, נוּגוֹת *discruciatae*, Thren. i. 4. Item יָדָה *projecit*; unde הוֹדָה *confessus est*; תּוֹדָה *laus*; יָדָה *elisit*; cujus

jus Fut. in *Kal*, cum afform. נְיָנֵם *elidamus eos*, Psal. lxxiv. 8. in *Hiphbil*, הוֹנָה.

VIII. Media *Waw* vel *Jod* quiescit, et tertia deficit, in בּוֹן et בִּין *intelligere*; מוּת et מִית *mori*. Vid. p. 176.

IX. Media *Waw* vel *Jod*, cum tertia *Aleph*, simul quiescit; hoc modo:

Infinitivus.

בּוֹא בֹּא בִּיא בִּיאָה לָבֹא בְּבֹא *&c.*

Praeteritum.

בָּא בָּאָה בָּאתָ בָּאת בָּאתִי בָּאוּ *&c.*

Futurum.

יָבֹא תָּבֹא תָּבֹאִי אָבֹא יָבֹאוּ תָּבֹאנָה תְּבֹאֶינָה *&c.*

Imperativus.

בּוֹא בֹּואִי בֹּאוּ בֹּאֶינָה בֹּאנָה *&c.*

Participium Ben.

בָּא בָּאָה בָּאִים בָּאוֹת *&c.*

Semel *Aleph* omissum in בָּנוּ *venimus*, 1 Sam. xxv. 8. pro בָּאנוּ.

In *Hiphbil*, Infin. est לָבִי, לְהָבִיא, הָבִיא, הָבֵא *adducere*. In Praet. הֵבִיא bifariàm, ante adform. syll. flectitur; ut הֵבֵאתָ, הֲבִיאוֹתָ *adduxisti*.

Hophbal dat הוּבָא, הוּבָאָה, הוּבָאתָ, הוּבוּ, &c.

Talia sunt נוֹא *crudum esse*, קוֹא et קִיא *vomere*, cujus Infinit. קֵא et קִיא; a גוֹא et גִיא *penetravit*, גֵּי, גֵּיא *vallis*, per quietem mediae; per motum, autem, גַּיְא, גַּי, &c. שָׁוְא *vanitas*, cum *Waw* mobili et *Aleph* otioso, est a שׂוֹא cujus origo שָׁוָא.

X. Ulti-

X. Ultima Classis amplectitur illa Verba quibus media *Waw* vel *Jod*, et tertia *He* quiescens; ut הָוָה et הָיָה *fuit.*

Quae tertiam *He* quiescens habent, mediam *Waw* aliquando mobilem dant; ut שָׁוָה *aequus fuit*, אֲשַׁוֶּה *aequabo.* Hoc rariùs, in Verbis ipsis; sed, in derivatis, nihil frequentius: quorum maxima seges; sed propriis sedibus ejecta. Propterea, in Lexicis, errant ea Verba, originis et radicis suae ignara (*f*). Exstat יְהוּא *erit*, Eccles. xi. 3. ab

(*f*) Planè liquet, Numerosam sobolem hinc enatam esse: 1. Per defectum mediae; חַיִּים *vitae*, propriè, *coagmentationes*; item חַיּוֹת *catervae*, חַוּוֹת *villae.* Talia sunt קַו *linea*, a קָוָה, et דַּי *sufficientia*, a דָּיָי.

2. Per quietem mediae et motum tertiae; ut לוֹי *flexio*, a לָוִי *circumplicuit.* Sic גּוֹי *gens*, a גָּוִי; sic מוֹ *aqua*, a מָוִי, Esa. xxv. 10. &c.

3. Per motum mediae et quietem tertiae, tribus praesentibus; ut דְּיוֹ *atramentum*, a דָּיָה. Una absente; ut גֵּו *corpus*, pro גֵּוָה, dicitur et גַּוְּךָ, Ezech. xxiii. 35. a גַּו. Secundam et tertiam mobilem retinet גְּוִיָּה *corpus*, formâ participiali, a גָּוִי. Tale etiam אַו *desiderium*, Prov. xxxi. 1. ab אָוָה; item מֵו et מַו *aqua*, pro מָוֶה; unde, Job. ix. 30. בְמוֹ־שָׁלֶג *aqua nivis.* Etiam פּוֹ pro פּוֶה *os; ora*; unde, per quietem, פֹּו et פֹּה *hîc loci, hac in ora*; אֵיפֹה *ubi orae?* Cum *Jod*, est מֵי et מַיִם *aquae*, שַׁי *munus.*

4. Per quietem mediae et tertiae simul; ut פֶּה et פִּי *os*, a פָּוָה et פָּיָה. Sic זֶה et זוֹ *hîc*, a זָוָה, et שֶׂה *ovis*, a שָׂיָה. Etiam terminatione foem. זֹאת et זוֹת *haec*, אוֹת et אוֹת *signum*, ab אָוָה. Item אִי *insula*, ab אָיָה; et רִי *rigatio*, a רָיָה; כִּי *adustio*, a כָּוָה; עִי *cumulus*, a עָיָה; צִי *ariditas*; item *navis*, a צָיָה, in plur. צִיִּים et צִים.

Duplex quies in vicinia consistere possit: non verò duplex defectus; quia sic destrueretur radix. Hinc, in נָדַד *fugit*, alterutra tantùm elisio locum invenit; ut יִדֹּד pro יִנְדֹּד; sic הֵדִיד, הָדֵד. Non est duplex defectus in חָתַת, 3tia foem. *Kal*; sed compendium scribendi; הֲתַת *terreri*; sic הֵתַּוּ pro הַחְתּוּ *terruerunt*; הַתַּתַנִי *terruisti me.*

ab הָוָה, ultimâ in *Aleph* commutatâ. Est imitatio formae יְהִי, quod, secundùm legem defectivorum mediâ radicali, fit יְהִי יְהִי *erit*, ex יִהְיֶה ab הָיָי. Sic יְחִי *vivet*, ex יִחְיֶה ab חָיָי. In tertia Praet. *Kal*, facit חָי, Gen. iii. 22. v. 5. et alibi. Ad legem quiescentium mediâ *Jod*, dat חַי *vivat*, Levit. xxv. 36. pro חָיי, item חַי *vivus*, ut מֵת *mortuus*. A rad. חָיָי, per quietem mediae, derivatur חָיָה *vixerit foem.* Exod. i. 16: ejus Part. dat חַי, cujus plur. foem. חַיּוֹת *vividae*, Exod. i, 19. Notandum est, חַי, unâ quiete tantùm diffungi: at חָ geminam obtinere; qualis in בּוֹא, בִּיא vel בָּא.

Singularis linguae genius, et stili granditas, saepe ansam praebuere, ad geminae radicis formas in unam conflandas. Specimen insigne dat הִבְאִישׁ, Esa. xxx. 5. *Hiphhil* radicum יָבֵשׁ *aruit*, et בָּאשׁ *faetuit*, signantissimè prae se ferens; coalitum ex הִבְאִישׁ *faetere fecit*, et הוֹבִישׁ *arescere fecit*, ex יָבֵשׁ *arescere*, et בוֹשׁ *perplexum fieri prae ariditate*: ejus originis fit הוֹבִישׁ, ubi gemina vis captata in illo, et etiam intransitivè; ut Joel. i. 10. 11. 12. הַגֶּפֶן הוֹבִישָׁה *vitis perplexa aruit* et *vinitores*, item הוֹבִישׁוּ *perplexi aruerunt*; vel, ut vis τῦ *Hiphhil* conservetur, reddendum, *vitis semet arefecit perplexa*, et *vinitores semet perplexos reddidere, arefacti*. Sic, ex יָשַׁב *sedit*, et שׁוּב *rediit*, concinnatum הֲשְׁבוֹתִים cum afform. pro הוֹשַׁבוֹתִי, Zach. x. 10. *redire et sedere fecerim eos*. Item, ex יָטַב et טוֹב *bonus fuit*, הֵטַבוֹתִי *benefecerim etiam atque etiam*. Nondum verò hujus ordinis est הִתְאַוִּיתֶם: sed est purum putum *Hithpahhel*, ab אָוָה, cujus primaria notio *inclinandi* et *tendendi versùs aliquid* exprimitur; hinc derivatur אוֹת pro אָוֶת *signum viae*. Neque חַלּוֹת, Psal. lxxvii. 11. sed est Infin. *Pihhil*, a חָלָה *atterere mei hoc est*. Similiter חַנּוֹת, Psal. lxxvii. 10. etiam in *Pihhel*, a חָנָה, cujus princeps notio, *inclinare*; unde *castra metandi* secundaria notio; ita tamen ut hîc et alibi sumi potuerit pro *inclinatione amoris* et *gratiae*.

Antequam finem Verbis faciamus, observandum est, Plerosque Grammaticorum existimare, vocem יֵשׁ esse Verbum, significans *est*, *sunt*; et flexionis expertem, seorsumque

ſumptam, tertias tantùm perſonas habere. Sed nullum tale Verbum irregulare apud Hebraeos datur. Nomen, reverà, videtur eſſe יֵשׁ, *ſoliditatem* que, ſive *ſolidam* rei *eſſentiam* notare, a יָשָׁה *ſolidus fuit.* Et ſignificat contrarium τῷ אַיִן quod propriè eſt *vacuitas*, ab אָיַן *vanum eſſe :* hinc deſignat, *inanitatem*, *vacuitatem* et *non-exiſtentiam.* Hinc, gravi non minùs quàm pulchra ſyntaxi, Pſal. cxxxv. 17. אֵין־יֶשׁ־רוּחַ בְּפִיהֶם *vacuitas ſoliditatis Spiritûs in ore eorum*; pro *penitiſſimè nullus Spiritus.* Sic, 2 Reg. x. 15. הֲיֵשׁ אֶת־לְבָבְךָ יָשָׁר *num ſoliditas in corde tuo rectitudinis?* Sic, cum affixis, יֶשְׁנוֹ *eſt illud*, propriè, *ſoliditas illius*, 1 Sam. xiv. 39. Sic יֶשְׁךָ *ſi ſoliditas tui ſecundantis me*, Gen. xxiv. 42.

Pleraeque formae Verborum aliquid mutationis ſubeunt, vel ob Pronomina affixa, vel ob figuram quandam orationis. Pronomina affixa cum Verbis quoque coaleſcere ſolent ad *punctum agglutinationis* ; eodem modo quo in Nominibus et Particulis.

Conſpectum primum praebebunt tertiae Praet. et Fut. nulla afformante auctae, in Conjug. *Kal* ; unde reliquae ſponte ſe dabunt :

פְּקָדַנִי פְּקָדָנוּ פְּקָדְךָ פְּקָדֵךְ פְּקַדְכֶם פְּקָדָן פְּקָדָהוּ &c.

יִפְקְדֵנִי יִפְקְדֵנוּ יִפְקָדְךָ יִפְקְדֵךְ יִפְקָדְכֶם יִפְקְדֵן &c.

Ex hoc conſpectu, quivis ſibi alias perſonas, in variis Speciebus, formare poſſit. Notetur verò, Tertiam foem. Praeteritorum tranſire in *Thau*, vel, ſi mavis, affixioni recipiendae adhibitam terminationem alteram, quae eſt פָּקְדַת.

LIBER

GRAMMATICÆ HEBRÆÆ

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

De Particulis.

SUB nomine *Particularum* comprehenduntur, *Adverbia*, *Praepositiones*, *Conjunctiones* et *Interjectiones*: quae minùs ritè *Indeclinabilia* vocantur; cùm plurima Adverbiorum ac Praepositionum, in Linguis Orientalibus, declinationem patiantur; quippe maximam partem sunt Nomina, vel Substantiva vel Adjectiva.

Si hoc perspectum erit, multò feliciùs multòque faciliùs natura, vis et constructio, Particularum expediri possit.

SECT. I.

De Adverbiis.

1. *Adverbia Loci.*

אֵי *Ubi, quo loci?*	מִפּוֹ *Unde.*	מֵעַל *Super.*
אַיֵּה *Ubi orae?*	מִפֹּה *Ex qua ora.*	מַעְלָה *Supra.*
אֵפוֹה *Ubi orae?*	הֵנָּה *Huc.*	מִלְמַעְלָה *Superne.*
אֵיכָה *Quomodo.*	הֲלוֹם *Illuc.*	מַטָּה *Infra, infime.*
אָן *Huc.*	שָׁם *Ibi.*	מִלְמַטָּה *Inferne.*
אָנָה Ibid.	שָׁמָּה *Ibi, illuc.*	אָחוֹר *Retro.*
מֵאַיִן *Undenam?*	מִשָּׁם *Exinde.*	אֲחוֹרַנִּית *Retrorsum.*
פֹּה *Hic loci.*	חוּץ *Foris, foras.*	פָּנִים *Ante.*
פּוֹ *Hac in ora.*	חוּצָה Ibid.	פְּנִימָה *Antequam.*

2. *Tempo-*

Apud Latinos, Conjunctiones a Nominibus oriundas esse constat; ut *verum*, *vero*, *verumeninvero*, *quemadmodum*. Additum et Verbum in *quolibet*, *quovis*. Verba etiam adverbiascunt; ut *licet*. De Adverbiis et Praepositionibus, idem observandum.

Ut

2. *Temporis.*

מָתַי *Quando?*	קֶדֶם *Olim, antique.*	מְהֵרָה *Celeriter.*
עַד־מָה *Quousque?*	מִקֶּדֶם *Ab antiquo.*	אָז *Tunc.*
עַד־אָן *Usquequo?*	תָּמִיד *Jugiter.*	אָזַי Ibid.
עַתָּה *Nunc.*	נֶצַח *Perpetuo.*	אַחַר *Post.*
מָחָר *Cras.*	עוֹלָם *Æternum.*	אַחֲרֵי *Postea.*
מָחֳרָת Ibid.	עַד־אִם *Donec.*	כְּבָר *Jamdudum.*
תְּמוֹל *Heri.*	עַד־כִּי *Usque, cum.*	עוֹד *Adhuc.*
אֶתְמוֹל Ibid.	טֶרֶם *Antequam.*	עַד־כֵּן *Huc usque.*
שִׁלְשׁוֹם *Nudius tertius.*	פִּתְאֹם *Repente.*	אַחַר כֵּן *Postea.*
פָּנִים *Ante.*	רֶגַע *In momento.*	בְּכֵן *Hinc, demum.*
מִלְּפָנִים *Antehac.*	מַהֵר *Cito.*	

3. *Demon-*

Ut vis et indoles linguae percipiatur, pauca exempla adducenda: e. g. יוֹתֵר *vigens*, est Part. Praes. *Kal*; מְאֹד *nisus, connisus*, Substantivum, ab אוּד *curvari*; hinc בְּכָל־מְאֹדֶךָ *in universitate connisûs tui*; בִּמְאֹד *cum nisu*, i. e. *valde*; מְהֵרָה *festinanter*, Part. foem. a מָהֵר.

Non mirandum igitur, Plurimas Particulas, jam singularis jam pluralis aut dualis numeri, leges observare. Singularium legem observant אַיֵּה *ubi*; הִנֵּה *ecce*, cum *He* paragogico: quorum prius ab אֵי, in veteri lingua, *quis? qualis?* ab אַיֵּה; apud Arabes, est Pronomen interrogativum. Eodem modo usurpâsse videntur Hebraeos, patet ex אֵי *quo loci?* אֵי זֶה *quis hic?* אֵי לָזֹאת *quare, cui rei?* Item אֵיךְ et אֵיכָה *quomodo*, per compositionem, *qui tibi*; אֵיכָכָה ex כָּךְ *sic tibi*, et *He* paragogicum כָּכָה et אֵי *qualiter tibi*; הִנֵּה *ecce*, ab הֵן a הִנֵּן. Singularium legem etiam observant אֶפֶס *praeter*, נֶגֶד *coram*; unde נֶגְדִּי *coram me*, propriè, *occursione mei*.

Pluralium normam clarè sequuntur לִפְנֵים *ante*, propriè, *ad vultus*; מִפְּנֵי מִי *propter quem, a vultibus cujus*, מִפָּנָיו *propter eum, ejus respectibus*. Sic, in regimine plurali, stare amârunt אֱלֵי *ad*, אַחֲרֵי *post*, עֲלֵי *super*, עֲדֵי, &c.

Illae formae plurales aliquid grandius adhuc ferunt, quàm singulares אֶל, אַחַר, &c. ut *tempestatibus, aetatibus*, quàm *tempestate, aetate*, &c.

Sing.

3. *Demonstrationis.*

הֵא *En!*	הֵין *En!*	הִנֵּה *Ecce!*

4. *Interrogationis.*

הֲ *An? num? utrum?*	אֵיךְ *Quomodo?*	מַדּוּעַ *Quare?*
אִם *Si? an?*	אֵיכָה *Qui tibi?*	לָמָּה *Quamobrem?*
הַאִם *An vero?*	אֵיכָכָה *Qualiter tibi?*	כַּמָּה *Quot, quoties?*
הֵיךְ *Quomodo?*		

5. *Affirmationis.*

בֶּאֱמֶת *Vere.*	אָכֵן *Certe.*	אָמְנָם *Profecto.*
כֵּן *Sic, ita.*	אַךְ *Saltem.*	אוּלָם *Utique.*

6. *Negationis et Dubitationis.*

אַיִן *Non.*	בִּלְתִּי *Non.*	פֶּן *Ne forte.*
לֹא Ibid.	בַּל *Nequaquam.*	אוּלַי *Fortassis.*
בְּלִי Ibid.	אַל *Ne.*	

Adverbia, cum affixis, etiam conjunguntur.

Exempla

Sing. et plur. instar; אַיִן *non est,* propriè, *vacuitas,* ab אַיִן. Sic אֵינָם *non illi, vacuitas eorum*; אֵין כֶּסֶף *vacuitas argenti*; אֵינִי *vacuitas mei;* אֵינוּ *vacuitas nostrûm;* עוֹד *adhuc,* est substantivae formae פּוֹד, a עוּד *iterare, perseverare*; inde עוֹדֵינוּ *iterationibus nostri;* עוֹדֶנּוּ *iteratione nostrûm;* אַשְׁרֵי *bene, beate;* inde, Psal. i. 1. אַשְׁרֵי הָאִישׁ *O beatitates viri!* plurales ab אשרים Si dualiter sumatur ex אֲשָׁרַיִם, tunc, *O geminatam beatitudinem!* notat; אַשְׁרָיו *O felicitates illius cumulatissimas!* אִם *profecto,* in asseverationibus; אִם לֹא *si non,* in dijerationibus, gravissimus usus est jurantis seque devotantis; רֶגַע propriè, *nictu oculi,* a רָגַע *tremuit, vibravit;* מַדּוּעַ propriè, *an scire licet? an sciri potest?* ex מַה et יָדוּעַ; כִּי propriè, *sicut mihi;* כָּכָה *sic tibi;* בִּפְנִים propriè valet *in respectibus.*

Exempla ſequentia caeteris ſat praelucebunt :

Foem.	*Com.*	*Maſc.*	*Foem.*	*Com.*	*Maſc.*
	אַי			אֵין	
אֶיהָ		אֵיו	אֵינֶנָּה		אֵינֶנּוּ
אַיִךְ		אַיְךָ	אֵינֵךְ		אֵינְךָ
	אַיִי			אֵינֶנּוּ	
אַיָן		אַיָם	אֵינָן		אֵינָם
אַיְכֶן		אַיְכֶם	אֵינְכֶן		אֵינְכֶם
	עוֹד		עוֹדָן		עוֹדָם
עוֹדֶנָּה		עוֹדֶנּוּ	עוֹדְכֶן		עוֹדְכֶם
עוֹדֵךְ		עוֹדְךָ		עוֹדֵנוּ	
	עוֹדִי				

7. *Qualitatis.*

רֵיקָם *Inaniter.*	חִנָּם *Gratis.*	עִבְרִית *Hebraice.*
שָׁוְא *Vane, fruſtra.*	יְהוּדִית *Hebraice.*	אֲרָמִית *Syriace.*

8. *Separationis et Excluſionis.*

יַחַד *Una.*	לְבַד *Separatim.*	רַק־אַךְ *Duntaxat.*
יַחְדָּיו *Pariter.*		

9. *Intenſionis.*

יוֹתֵר *Magis.*	רַב *Multum.*	הַרְבֵּה *Multum.*
מְאֹד *Valde.*	רַבַּת Ibid.	אַף־כִּי *Quanto magis.*

10. *Remiſſionis et Diminutionis.*

אַט *Leniter.*	מְעַט מְעַט *Paulatim.*	אַף־כִּי *Quanto minus.*
מְעַט *Parum.*	בִּמְעַט *Pene.*	כְּאַיִן *Fere.*

11. *Similitudinis.*

כְּ *Sicut.*	כֹּה *Ita.*	כְּמוֹ־כֵן *Similiter.*
כְּמוֹ *Sicut.*	כָּכָה *Sic.*	כְּכֹה *Taliter.*

12. *Nu-*

12. *Numeri.*

אַחַת *Primo.*
שֵׁנִית *Secundo.*
שְׁלִישִׁית *Tertio.*
רְבִיעִית *Quarto.*

SECT. II.

De Praepositionibus.

אֶל *Ad.*
אֱלֵי *Erga.*
אֵצֶל *Apud, juxta.*
אַחַר *Post.*
אַחֲרֵי Ibid.
בְּ *In, propter.*
לְ *Inter.*
לִפְנֵי *Coram.*
בֵּין *Inter.*
הָלְאָה *Ultra.*
חוּץ *Extra.*
מִ *A, ab.*
מִנִּי *Ab.*
מִן *Ex.*
בְּדֵי *In.*
מִנֵּי *Ex.*
מוּל *Contra.*
מִמּוּל *E regione.*
נֹכַח *Ex adverso.*
נֶגֶד *Coram.*
סָבִיב *Circum.*
עֵבֶר *Trans.*
אֶל־עֵבֶר *Contra.*
עַל־עֵבֶר *E regione.*
עַד *Usque.*
עֲדֵי Ibid.
עַל *Super.*
עֲלֵי *Super.*
עֻמַּת *Juxta.*
תַּחַת *Sub.*
לְמוֹ *Ad instar.*
בִּגְלַל *Propter.*
בַּעֲבוּר Ibid.
לְמַעַן Ibid.
לִפְנֵי *Ante.*
חֵלֶף *Pro.*
עִם *Cum.*
עִמָּד Ibid.
בְּלֹא *Non.*
בְּלִי Ibid.
בִּלְתִּי Ibid.
בִּלְעֲדֵי *Praeter.*
מִלְּבַד Ibid.
זוּלַת Ibid.

Omnibus ferè Praepositionibus vis Substantiva inest: אֶל est *tendentia*; עַל *superioritas*; מִן *praesectio*, aliquando absolutam infert negationem, Job. xxi. 9. מִפָּחַד *praeciso omni pavore*; עִם *communio*; נֶגֶד est *occursio* vel *objectio ante faciem*; אַחַר *subsecutio*; עֵבֶר *transitio*; בִּגְלַל ex ב et גָּלָל *volutio, occasio*; בַּעֲבוּר item ex ב et עֲבוּר *transitio*; לְמַעַן ex ל et מַעֲנֶה *responsio*, quasi *ad responsum*; בְּפָנִים valet *in respectibus*; בִּלְעֲדֵי ex בַּל *non*, et עֲדֵי *usque*, propriè, *trajectiones, transitiones*; a עָדָה; עַד עַתָּה *usque ad hoc tempus*, q. d. *trajectu ad hoc temporis*. Item in plur. עֲדֵי עַד *usque ad perpetuitatem*. Ergo, rectissimè בַּעֲדִי *pro me, circa me*; et בַּעֲדֵינוּ *circa nos, in trajectionibus ad nostras personas*. לְבַד *ad solitudinem*, cum ל praefix. בְּעַד *in trajectione ad*; לְפִי
in

in ore; כְּפִי *ficut os;* כְּדֵי *fecundum,* propriè, *ad fufficientiam;* מִדֵּי *ex,* propriè, *ex fufficientia;* לְמוֹ ex ל et מִן *aqua,* in Conftr. מוֹ, apud Arabes, notat *dilutum et obfcurum colorem;* inde כְּמוֹ *fecundum fpeciem, ficut;* עִם *cum,* propriè, *communio,* a עָמַם.

Singularium, pluralium ac dualium, leges obfervant quaedam: ut בֵּין *inter,* propriè, *diftinctio;* fic בֵּינַיִם exftat, 1 Sam. xvii. 4. etiam בֵּינֵינוּ *inter nos.* Ejufdem plur. foemin. בֵּינוֹת, unde בֵּינוֹתֵינוּ *inter nos,* Gen. xxvi. 28. et בֵּינוֹתָם *inter eos,* 2 Sam. xxi. 7. Singularium et dualium ritu, תַּחַת *fub, pro, vice;* unde תַּחְתַּי *fub me;* ejus duale eft תַּחְתַּיִם; לְמַעַן *propter,* propriè, *refponfum;* fic, לְמַעֲנֵהוּ *ad refponfum fui;* עֻמַּת *è regione, juxta,* a עָמָה vel potius עָמַת; unde לְעֻמָּתוֹ *e regione ipfius,* 2 Sam. xvi. 13. Sic exftat לְעֻמּוֹת, Ezech. xlv. 7. בֶּלֶת *praeter,* a בָּלַת *fecuit, praefecuit,* quod etiam, apud Arabes, exftat; hinc בֶּלֶת *praefectio, exceptio;* hinc בִּלְתִּי propriè, *praefectione,* i. e. *exceptione mei, me excepto, praeter me.* Sic אֵין בִּלְתִּי eft propriè *vacuitas exceptionis mei;* אֵת jungitur cum affixis, tum cùm accufativum tum cùm ablativum regit: cum paffivis neutralibus dat nominativum; ut אוֹתוֹ reddi poffit αυτος, εκειvος, Neh. ix. 32. Gen. iv. 18. אַחַר propriè, *fubfecutio;* עֵבֶר propriè, *tranfitio;* חֵלֶף propriè notat *vicem alterius,* a חָלַף *vicarium effe;* עֹמֵד *adftans;* לְנֹכַח *è regione,* propriè, *ad centrum fcopi,* quod *collineando ferit jaculator,* a נָכַח; לִפְנֵי *ad faciem, in confpectu.*

SECT. III.

De Conjunctionibus.

EX Conjunctionibus, aliae funt *Copulativae*; aliae, *Disjunctivae*; aliae, *Adverfativae*; aliae, *Conditionales*; aliae, *Caufativae*; aliae, denique, *Conclufivae:*

1. *Conjunctiones Copulativae.*

וְ *Et.*	אַף *Quoque.*	גַּם *Etiam.*

2. *Disjunctivae.*

אוֹ *Aut, five.*	לֹא כֵן *Non fic.*

3. Ad-

3. *Adversativae.*

אַךְ *Verum.*	כִּי אִם *Sed.*	אוּלָם *Veruntamen.*
אֲבָל *Veruntamen.*	וְלֹא *Etsi.*	כִּי *Quamvis.*
גַּם כִּי *Etiamsi.*	וְלוּ Ibid.	

4. *Conditionales.*

אִם *Si, sin.*	אִם לֹא *Si non, nisi.*	אִלּוּ *Si.*
כִּי אִם *Sed, quod si.*	לוּ *Si.*	לוּלֵא *Nisi, si non.*

5. *Causativae.*

אֲשֶׁר *Quia, Quum.*	עֵקֶב *Quia.*	כִּי *Quoniam.*
יַעַן *Propterea quod.*		

6. *Conclusivae.*

לָכֵן *Igitur.*	עַל־כֵּן *Propterea.*

אִם propriè est *intentio;* גַּם *collectio;* אֲשֶׁר *vestigium;* עֵקֶב *vestigii subsecutio;* יַעַן *respondebit;* לָכֵן *ad firmum;* אוֹ *flexus;* לוּ *plicatio.*

Has *indeclinabiles* vocare liceat; quippe quae affixionem non admittant.

SECT. IV.

De Interjectionibus.

INTERJECTIONES vocantur hae particulae quae, in oratione, *affectum motumque animi* exhibent.

Ex Interjectionibus autem aliae sunt:

1. *Blandientis;* ut בִּי אָנָּא נָא לוּ *Quaeso, obsecro, amabo.*
2. *Comminantis;* ut אוֹי הוֹי אִי *Vae!*
3. *Dolentis;* ut אוֹי הוֹי אוֹיָה *O! hei! heu! eheu!*
4. *Commiserantis;* ut אָח הָהּ אֲהָהּ *Ahah! ah!*
5. *Ejulantis;* ut אַלְלַי *Hei! vae!*
6. *Fastidientis* et *abominantis;* ut חָלִילָה *Absit! profanum sit!*

7. *Gaudentis* et *insultantis*; ut הֶאָח *Euge!*
8. *Hortantis*; ut הָבָה *Age!* הָבוּ *Agite!*
9 *Optantis*; ut אַחֲלַי לוּ *Utinam! O utinam!* אָמֵן *Amen!*
10. *Vocantis*; ut הוֹי *Heus!*

CAPUT II.

De Investigatione Radicis.

UT Radix investigari possit, supponendum, Tyronem Hebraeum Grammaticae principiis, saltem mediocriter, imbutum esse, eumque nosse praecipuè varias Conjugationum characteristicas, temporumque formationem; nomina eorumque declinationes calluisse; quomodo quoque Suffixa, Praepositiones, Conjunctiones, utrisque affiguntur et alligantur.

Lexica Hebraica non continent, ordine alphabetico, Nomina, Verba, caeterasque omnes Orationis Partes; sed solùm Themata sive Radices, quibus subjiciunt eas omnes voces quae ab illis derivantur: Radix igitur invenienda, antequam propagines ejus invenire possimus.

Jamque adeò fusè hactenùs egimus de Verbis Imperfectis, quae praecipuè incipientibus negotium facessunt, ut, regulis, quas jam exhibuimus, concoctis, Radicum investigatio facilis evasura sit. Sed, uti descendentibus in hanc palaestram, quantùm fieri possit, sublevemus, quasdam regulas generales, de hac re, subjungemus.

Uti igitur, quocunque vocabulo oblato, radicem ejus investigare possimus, divisio literarum, in Radicales et Serviles, memoriae diligenter mandanda est Vid. pag. 22. 23. Radicales sunt ùndecim, et continentur in isto memoriali טִפְסַר חַג זַע צֶדֶק *Princeps tripudiavit, mota est justitia.* Undecim literas Serviles complectuntur tria vocabula, מֹשֶׁה כָּתַב אֵלֵינוּ *Moses scripsit ad nos.* Observandum quoque est, Ex undecim servilibus, quatuor esse quae, etsi medio dictionis inserviunt, tamen, in medio ac fine, semper sunt Radicales, viz. אֶלְבַשׁ. Item alias quatuor, in principio et fine dictionis, non raro serviles esse: in medio autem,

tem, ſemper ad Radicem pertinere, viz. מְנָקָה. Denique, Reliquas tres ubique radicales et ſerviles eſſe poſſe. Radicales ſemper pertinent ad eſſentiam Radicis, praeter ד et ט, quae aliquando vicem ת ſervilis praeſtant. Literae etiam ת fit metatheſis, quando prima radicalis conſtat ex aliqua ſequentium literarum, ז, ס, צ, שׂ vel שׁ; tunc enim ת illis literis poſtponitur; ut הִסְתַּבֵּל pro הִתְסַבֵּל *oneravit ſemet*: ac praeterea, poſt ז, tranſmutatur ת in ד, et, poſt צ, convertitur in ט, idque euphoniae gratia; ut הִזְדַּמֵּן pro הִתְזַמֵּן a זָמַן *praeparavit ſe*. Sic etiam הִצְטַדֵּק pro הִתְצַדֵּק *juſtificavit ſemet*. Vid. p. 134. Hiſce praemiſſis, ſequentes regulae varias Radices indicabunt:

I. Ad Radicem igitur Thematis, quae conſtat tribus literis radicalibus, inveſtigandam, afformantes et praeformantes ejiciendae ſunt, et literae remanentes Radicem monſtrabunt: e. g. יִלְמְדוּ, ubi, abjecto praeformante *Jod* et afformante ו, Radix prodibit לָמַד *didicit*.

Haec regula comprehenditur in diſticho ſequenti:

Abjice SERVILES; *et* TRES, *ſi fortè ſuperſint*,
Radicem Verbi noveris eſſe tui.

1. Si quae litera deprehenditur ſemper radicalis, eidem connumeremus alias, vel praecedentes vel ſubſequentes vel utrinque, donec Thema expleatur: e. g. לִנְתָחֶיהָ *in membra ſua*; ſi literae ח, tanquam ſemper radicali, connumerentur duae praecedentes, reliquis abjectis, Thema prodit נָתַח. Sic etiam אַזְכָּרָתָהּ *memoriale ejus*; literae ז, ſemper radicali, connumerentur duae ſubſequentes כ et ר, reliquis abjectis, Radix fit זָכַר. Item בְּשָׁפְכֵךְ *effundere te*; פ ſemper radicale eſt, quo ſervato cum praecedenti et ſequenti, fit שָׁפַךְ *fudit*, praefixo ב et affixo ךְ abjectis.

2. Si poſt abjectas literas ſerviles, tum a principio tum a fine, ו vel י inveniantur, notandum eſt, Illas eſſe aliquando fulcra τȣ *cholem* et *Jod*: e. g. יִשְׁבּוֹת *ceſſabit*; ſublatis *Waw* et *Jod*, Radix provenit שָׁבַת. Non verò ſemper; nam *Waw* et *Jod* ſaepe ſunt radicales: e. g. וָאִישָׁנָה *et dormiam*; ubi *Waw* et *Aleph* abjiciuntur, ab יָשֵׁן. Vid. pag. 164,5.

3. Ex

3. Ex literis merè servilibus, ea, quae sede sibi ad serviendum minùs propria deprehenditur, habetur pro radicali, tot connumeratis aliis quot ad Radicem necessariae: e. g. לְמֶמְשֶׁלֶת *ad dominium*; ת servilis est, ad finem praecipuè, in Nominibus foem. gen. ל verò nunquam servilis fit in fine vocis, tantùm ab initio; igitur prius ל, notans *ad*, servilis est; secunda verò ל servire nequit, sed pertinet ad essentiam Radicis: duabus igitur literis praecedentibus additis, tum Radix evadit מָשַׁל.

4. Aliquando quatuor, aliquando etiam quinque literae radicales remanebunt, post literas serviles abjectas. Hoc fit in Quadriliteris, vel cùm Radix composita sit ex duabus, quarum quaedam exempla in Hebraeo Codice; vel in his Speciebus, ubi aliquae Radicalium geminentur, ut in *Piblel*, *Pebalbal*, &c. Hoc in casu, una radicalis abjicienda; vel Lexicon pervestigandum est, num Radix quatuor literarum ibi exstet. Sic, e. g. יְכַרְסְמֶנָּה *suffodiat eam*, Psal. lxxx. 14. abjectis affixis נָּה et praeformanti *Jod*, exstat Rad. כִּרְסֵם. Sic חַרְצֻבָּה *dolor acerrimus*; abjecto afformante ה ָ, redit חִרְצֵב. Aliquando, in talibus, duae literae geminatae inveniuntur: e. g. חֳמַרְמָרָה *perturbata fuit admodum*, a חָמַר. Hae igitur literae quae geminantur, abjiciendae sunt, et ultima duarum quae restant, aliquando etiam duplicanda; ut וְגִלְגַּלְתִּיךָ *et devolvam te*, a גָּלַל. Vid. pag. 116. 141. & 149.

5. Denique, Ad hanc regulam illustrandam, observandum est, Literas serviles characteristicas Verborum esse נִ, תַן, ה, הִת, ש; literasque characteristicas Futurorum esse אתין in sex prioribus Speciebus; in *Hithpabbel* verò esse נִת, אֶת, תִת, יִת; serviles verò Participiorum esse מְ et מִת.

Afformantes Verborum, praeterea, diligenter notandae; quae sunt תָ, תְ, תִי, תֶם, תֶן, נוּ, נָה, ה ָ, וּ, ִי; uti etiam literae בְּכְלָם Infinitivorum praeformantes.

Vocis derivatae indicium sunt literae הֶאֱמַנְתִּיו; quae partim praeponuntur, partim adjiciuntur ad nomina formanda.

In

In fine Nominum sunt serviles, in singulari numero, תְּת, וּת, ות, ית, ־ת, ֶת, ־ה; et in plur. foem. sunt וֹת; in duali ־תַיִם; uti in plur. masc. ־ִים et in dual. ־ַיִם.

II. Si, abjectis literis servilibus, duae tantùm radicales remanserint, ac prior earum sit *dageschata*; tum prius illud *dagesch*, communiter ferè, in primam radicalem נ, rariùs in י, reducendum est: e. g. אֶגַּשׁ a נָגַשׁ *accessit*; הִצִּיב a יָצַב *statuit*; הִגַּדְתֶּם *annunciastis*, a נָגַד; יַנִּחֵהוּ *collocabit eum*, a יָנַח; uti in disticho vulgò exprimitur:

Sin tantùm remanere DUAS *conspexeris; adde*
Nun *vel* Jod *capiti*, *vel dato* Waw *medio*.

Paucissimae voces hinc excipiendae: nempè, יִקַּח a לָקַח *accepit*; item נִתַּע a לָתַע *evulsit*. Vid. pag. 144.

N. B. Infinit. לֶדֶת, שְׂאֵת, דַּעַת, שֶׁבֶת, גֶּשֶׁת, et similia, patiuntur aphaeresin τῦ *Jod* in Imperativo et Infinitivo. Vid. pag. 147,8. Si nullum *dagesch* compensativum sit, in aliqua duarum radicalium quae supersint post abjectas serviles, tum media radicalis est *Waw* vel *Jod*; ut אָבֹא *veniam*, a בּוֹא; תְּמֻתוּן *moriemini*, a מוּת; לְהָאִיר *ad illuminandum*, ab אוֹר: vel tertia radicalis geminanda est; ut וַיָּחָן *et misertus est*, a חָנַן; הֵמַר *amaritudine affecit*, a מָרַר. Vid. pag. 171. Vocalis longa, sub praeformante, mediam *Waw* supplendam, vel secundam radicalem geminandam esse, ostendit.

III. Si *dagesch* fuerit in secunda radicali, notat defectum ejusdem literae geminatae; ut סַבּוּ *circumdederunt*, a סָבַב; רַכּוּ *molliora sunt*, a רָכַךְ.

Ab hac regula exceptio fit, 1. Si *dagesch* illud fuerit characteristicum Conjugationis, quod, ex forma cognosci possit: tum enim postponendum est ה; ut גַּלּוּ a גָּלָה.

2do, Nomina quaedam excipiuntur; ut חִטָּה *triticum*, ex חָנַט; אַפִּי *ora mea*, ex אָנַף; בִּתִּי *filia mea*, pro בִּנְתִּי ex בָּנָה; תִּתִּי *dare me*, pro תִּנְתִּי ex נָתַן; et שְׁתַּיִם *duae*, pro שְׁנְתַּיִם ex שָׁנָה *iteravit*. Vid. pag. 147.

Si

Si duae radicales remanserint post abjectas serviles, et utraeque *dageschatae* fuerint; tum, pro certo, habendum est, Illam vocem esse ex quibusdam Temporibus in *Niphhal*, in Verbis formae גָּלַל, סָבַב, quae habent secundam et tertiam radicalem similes: adeoque, ad radicem inveniendam, geminanda est posterior radicalis. Sic יִמַּקּוּ est Fut. *Niphhal*, a מָקַק *tabuit*; הֲסִבֶּינָה est Imperat. *Hiphhal*, a סָבַב *circumdedit*. Vid. pag. 148.

IV. Si, abjectis servilibus, neutra *dageschata* sit; tum praeponendum est י vel נ: e. g. יֵצֵא *exibit*, pro יֵיצֵא ab יָצָא; rariùs verò א; ut יֹסֵף, pro יֹאסֵף ab אָסַף *addidit*: vel interponendum ו; ut יָקֹם, pro יְקוּם: aut postponendum ה, et rarissimè א: vel ultima geminanda.

V. Si, post abjectas literas serviles, unica tantùm litera radicalis remaneat; tunc dupliciter est imperfectum: et tum Radix invenienda, praeponendo נ vel י, et postponendo ה; ut יַךְ *percutere fecit*, pro יַנְכֶּה Fut. *Hiphhil*, a נָכָה *percussit*; יֵטוּ, pro יַנְטְהוּ a נָטָה *inclinavit*.

Verba quiescentia mediâ *Waw*, et simul defectiva tertiâ *Nun* vel *Thau*, accedente affirmante syllabica, a simili litera incipiente, primam tantùm radicalem retinent expressam; ut מַתָּ *mortuus fuisti*, pro מַוְתְּתָּ a מוּת; לַנּוּ *pernoctavimus*, pro לַוְנְנוּ a לוּן *pernoctavit*; בָּנוּ *venimus*, pro בָּוְאנוּ a בּוֹא *venit*; שַׁתָּ *posuisti*, pro שַׁוְתְּתָּ a שׁוּת *posuit*.

Praecedentes regulae sequenti disticho comprehenduntur:

Unica sed remanet mihi litera, quando removi
Serviles; Radix, dic, age, qualis erit?
Nun *da principio; vel* Jod *superadde quiescens,*
He *fini; Radix inde petita venit.*

CAPUT

CAPUT III.

De Mutatione Punctorum generali, ejusque Causa, Fundamento et Ratione.

SECT. I.

De Mutatione Punctorum generali.

ACADEMICAE Juventutis ardorem, in cursu hocce suscipiendo vel prosequendo, nihil magis exstinguit, quàm molestissima regularum moles, de punctorum mutatione, infinitis anomaliis gravatarum, uti vulgò a Rabbinis traduntur. Si illis liberetur lingua Hebraea, nullus dubito, quin haecce studia, tum faciliùs, tum feliciùs, simul excolerentur.

Ratio punctationis, ex certissimis Naturae principiis, vel ex analogia et vetere jure Linguae Hebraeae, deduci videtur. Nondum enim a Masorethis hi canones punctationis Biblicae conficti; sed natura ipsius linguae, ita syllabas suas conformantis, eos ultro ingessit. Cavendum est, ne Linguas Orientales, modulo Occidentalium, tum in pronuntiatione, tum in toto ambitu, metiamur. Distinctio verò inter vocales longas et breves, in omnibus linguis, locum habet. Nunc verò, quaedam, *De punctorum mutabili et immutabili conditione*, dicenda.

I. Mutari dicuntur vocales, cùm vel omnino tolluntur, substituto *schevate*, vel cùm, ex longis, fiunt breves; et, vicissim, ex brevibus, fiunt longae, secundùm analogiam et fundamenta linguae. Mutatio brevium in longas, *directa*; et, vice versa, longarum in breves, *obliqua*, dicitur.

Sic *kametz* aliquando mutatur in *patach*; *tzeri*, in *saegol*; *chirek* longum, in *chirek* breve; *cholem*, in *kametzchatuph*; et *schurek*, in *kibbutz*: et, vice versa, *patach* mutatur in *kametz*; *saegol*, in *tzeri*, &c. Haec, *directa mutatio*, vocatur.

Praeterea, *kametz*, in certis casibus, mutatur etiam in *saegol* vel *chirek* breve; *tzeri* etiam, in *chirek* breve; *cholem* in *kametzchatuph*, et etiam in *kibbutz*: vicibus quoque inversis,

inversis, *saegol* et *chirek* producuntur in *kametz*; *chirek* breve, in *tzeri*; et *kametzchatuph*, in *schurek*. Haec, *obliqua mutatio*, dici possit.

Chirek longum, *cholem* et *schurek*, *vocales immutabiles* vulgò numerantur, et nunquam in oppositas breves mutantur. Hae vocales quidem non mutationi tam obnoxiae; sed constat *cholem* et *schurek*, re ipsa, mutari; ut יָקוּם et יָקוֹם vertuntur in יָקָם et יָקָם etiamsi *Waw* ibi sit radicale: et proinde locum tueri debuisset, si a mutatione adeò abhorrerent illae vocales. *Tzeri* in *saegol* et *chirek* breve aliquando corripitur; e. g. אֵם *mater*, facit אִמִּי *mater mea*.

II. Hactenus observatum, Nullam vocalem brevem, per se, absolvere syllabam posse. Vid. pag 71. Igitur, vel omnino tollitur, et syllaba aliam formam accipit; vel producitur in oppositam longam; vel complimentum aliquod capit: uti supra patet.

Haecce regula, de vocalibus brevibus justam syllabam non constituentibus, suspectior quibusdam videri possit. Sed, uti in analogia et natura Hebraeae linguae fundatur, sic etiam aliis Dialectis confirmatur. Chaldaei et Syri non finiunt syllabam per brevem; nisi in quibusdam, per accidens. Arabes quidem videntur tolerare tales syllabas. Sed, reverà, antiqua ratio et fundatio Dialecti eorum, etiam, hac in parte, cum Hebraica concinere deprehendetur; si *Nunnationes* et tremulos illos, in fine, sonos, ad corpus linguae haud pertinentes, tollamus.

III. Vocalis longa non admittit, in eadem syllaba, *scheva* quiescens, vel consonam quae claudat syllabam, nisi vocalis, accentu tonico vel euphonico, sustineatur. Si ergo nullus talis adsit, e. g si accentus ad aliam syllabam transferatur, vocalis longa in oppositam brevem corripietur. Sic a עָם *populus*, est עַמִּי *populus meus*. Sic etiam a תֹּם *integritas*, fit תֻּמִּי *integritas mea*, per obliquam; a קֹדֶשׁ *sanctitas*, fit קָדְשִׁי *sanctitas mea*, per directam mutationem: figura enim (ָ), post se habens *scheva* quiescens, nec accentu tonico vel euphonico fulta, non *kametz* est, sed *kametzchatuph*. Vid. pag. 58.

Vocales longae, si facilè mutari possint, sine formam vocis obscuram reddendo, vel cum alia confundendo, tertia,

multò

multò minùs quartâ ſede, ſive ſyllabâ, ab accentu tonico non conſiſtunt, (*f*) ſed, ad accelerandam pronuntiationem, tolluntur, ſuccedente *ſchevate*; ut פְּקַדְתֶּם *viſitaſtis*, a פָּקַד; יְרֵאִים *timentes*, ab יָרֵא *timuit*; יְשָׁרִים *recti*, ab יָשַׁר *rectus fuit*; דְּבָרִים *verba*, a דָּבָר; לְבָבִים *corda*, a לֵבָב *cor*; קֳדָשִׁים *ſanctitas*, a קֹדֶשׁ (*g*).

Eaedem vocales, ultra penultimam diſtantes ab accentu tonico, mutari vel tolli nequeant, ſine formam vocis obſcurando dubiamque reddendo: ideoque remanent; ſed, ad vocem fulciendam, accentum euphonicum accipiunt; e. g. הָרָקִיעַ *expanſum*; בֵּאלֹהִים *in Deo*; טִירָתָם *arx eorum*. Voci polyſyllabae nonnunquam *metheg* geminum apponitur.

Quaedam vocales facilè mutantur et tolluntur, ſine voce obſcura aut ambigua reddenda; uti *kametz*, *tzeri* et *cholem*, ſine fulcro τῶ *Waw*: ideoque *mutabiles* vocantur. Aliae haud tam facilè hanc mutationem patiuntur; ut *chirek* longum, *ſchurek* et *cholem* cum *Waw* adjuncto: hancque ob cauſam, *immutabiles* dicuntur. Aliquando verò *kametz* et *tzeri* immutabiles quoque fiunt; quòd earum praeſentia, ad formam vocis et vim ſignificationis, omnino requiratur: inde etiam patet, cur *metheg* eiſdem affigatur; cùm, ſine mora quadam longiore, duo haec facilè aures praetervolarent. Loco *ſchevatis* ſimplicis, quod abjecto vocali ſuccedit, ſub gutturalibus, plerumque adhibetur ejus vicaria; gutturales enim ſaepe requirunt punctationem, a caeteris diverſam.

Vice *ſchevatis* quieſcentis, habent gutturales *patach* furtivum, ſub ה radicali, et ſub ח et ע in fine: e. g. שְׁמוּעַ *auditus*,

(*f*) Vocales dicuntur eſſe *in conditione mutabili*, cùm haecce mutatio nullam obſcuritatem voci afferat: è contrà, eſſe *in conditione immutabili*, cùm mutatio talis obſcuram et dubiam vocem redderet. Mutabilis et immutabilis conditio vocalium pendet ab analogia et interiore norma linguae: hoc patet ex Conjugationum, Declinationum, Derivationumque formis, reliquiſque orationis partibus, ſecundùm cujuſque indolem ac proprietatem enucleatis.

(*g*) Ut haecce obſcuritas, ex mutatione tali, illuſtretur, obſervandum eſt, Regulam generalem eſſe, quòd *kametz*, habens antepenultimum locum ab accentu, mutatur in *ſcheva*: e. g. פָּקְדוּ regulariter deberet eſſe פִּקְדוּ; ſed, ne confunderetur cum Praeſ. Imperativi et aliis Temporibus, *kametz* manet immobilis.

auditus, 1. Praeeunte vocali longa quavis: excepto *kametz*; quia tractus ille longior *aa*, per accentum elevatus, *patach* furtivo non indiget, vel potiùs illud absorbet ; vid. pag. 76. 2. Sub eisdem החע penultimis, si sequatur alia consonans *schevate* quiescente notata. Plerumque tum procedit *patach*; ut לָקַחַתְּ *lakaaht*, *coepisti*: hoc casu, et *kametz* praeire potest ; vid. pag. 75.

Ab initio vocis, ubi analogia linguae *scheva* mobile postularet, gutturales assumunt *scheva* compositum; sic, pro אְמֹר *dicere*, fit אֱמֹר ; pro הְדֹם *scabellum*, fit הֲדֹם: sic etiam in medio vocis אָחֲזָה *coepit foem.* פָּחֲדָה *timuit*.

Etiamsi verò gutturales, in medio et fine vocis, recipiant aliquando *scheva* quiescens, cùm syllabam claudant, tamen non amant ut *chirek* breve praecedat ; ob rationem gutturis et soni exilitatem : plerumque ergo, pro *chirek*, adhibetur tunc *patach* vel *saegol* ; ut יַאְסֹר et יֶאְסֹר *ligabit*, pro יִאְסֹר Fut. *Kal*, ab אָסַר.

Ut nihil liberius linguâ, ejusque vivo usu; ita non mirum, si aliquando harmonia vocalis brevis et *schevatis* compositi negligeretur. Sic, pro תְּהַלֵּךְ exstat תִּהֲלַךְ, Psal. lxxiii. 9.

Gutturales plerumque *schevate* composito gaudent : attamen vel origo vocabuli, vel euphonia, vel dialecti peculiaris ratio, etiam aliis literis idem saepe subjunxit; e. g. זֲהַב *aurum*: in his tamen exprimendis, codices discrepant.

IV. Cùm duo *schevata*, quiescentia in medio, concurrere non possint, pro indole Linguarum Orientalium, posterius, sponte suâ, fit mobile; ut עַבְדְּכֶם *servus vester* ; מַלְכְּכֶם *Rex vester*.

Duo *schevata* mobilia, sive simplicia sint, sive composita, concurrere nequeunt, nec in principio, nec in medio vocis ; ut supra notatum : hinc variae mutationes in vocalibus nascuntur. Uti igitur concursus *schevatis* simplicis gemini evitetur, nova syllaba formatur ; *schevate* priore in vocalem brevem mutato ; posteriore verò syllabam claudente, et in *scheva* quiescens abeunte : e. g. כְּבְנֵי *sicut filii*, fit כִּבְנֵי ; ex לְפְקֹד *ad visitandum*, לִפְקֹד. Aliae vocales breves in aliis formis etiam permittuntur, pro cujusque natura; ut

ut a פָּקַד *visitare*, in affixione, sublato, ad pronuntiationem accelerandam, *cholem*, exsistit, primò, פְּקְדִי *visitare meum*; sed, duobus *schevatibus* concurrentibus non admissis, fit פָּקְדִי vel פִּקְדִי vel פַּקְדִי. Litera *Jod*, in hac mutatione, cum praecedenti *chirek* quiescit; ut בִּיסֹד *in fundando*, pro בְּיְסֹד; sic לִיסֹד; לִישׁוּעָה *in salutem*, pro לְיְשׁוּעָה. Litera *Waw*, hoc in casu, recipiens *chirek* sub se, ob ingratum ejus stridorem, quiescit per *schurek*, causâ mollioris soni; sic וּבְדֶרֶךְ *in via*, pro וְבְדֶרֶךְ; וּלְמֶלֶךְ *et Regi*, pro *wil-melech*: euphoniae, hisce aliisque, planè consulitur.

V. Haecce regula, *De evitando concursu duorum schevatum*, etiam sese extendit ad *schevata* composita sub gutturalibus: sed tum syllabae formam, a priore diversam, recipiunt; nam, loco *schevatis* simplicis, assumitur illa brevis vocalis quae est in sequenti *schevate* composito. Sic בַּאֲמֹר pro בְּאֲמֹר *in dicendo*; לֶאֱנוֹשׁ pro לְאֱנוֹשׁ *homini*; לָחֳרָבוֹת *in vastitates*, pro לְחֳרָבוֹת.

Haecce mutatio tam facilis, simplex, et naturalis, ut sponte se suâ insinuet. Mora quoque paulo longior, interventu τῦ *metheg*, necessaria; nam aliter motus primae gutturalis *Aleph*, radicalis, vix sentiri potuisset. Nam, in וֶאֱלֹהִים *et Deus*, nisi *metheg* sese paululum sustineret ad prius *saegol*, sentiri nequit motus primae radicalis, *Aleph*. Idem, ex לַאֲדֹנָי *Domino*, percipi possit: *Aleph* quodammodo supprimitur, et in quietem abit.

Hinc patet, Naturalem et simplicem esse rationem, unde orta solennis illa contractio, per quietem τῦ א in Nominibus, אֲדֹנָי *Dominus*, et אֱלֹהִים *Deus*, *Numina*, cum praefixis ו כ ל ב: nempè, pro וַאֲדֹנָי *et Dominus*, obtinuit, וַאדֹנָי; itemque pro בֶּאֱלֹהִים fit בֵּאלֹהִים *in Deo*: et (*h*), vigente

(*h*) Eadem formatio adscita, a Masorethis, ad tetragrammaton יהוה: quod, secundùm ipsos, ab אֲדֹנָי puncta mutuatur, quando exaratum יְהוָֹה; ab אֱלֹהִים autem, cùm יֱהוִֹה scriptum. Hoc fit, praecedente *Adonai*; ne bis *Adonai*, *Adonai*, efferatur. Ex priore lectione sunt, לַיהוָֹה *Domino*, et בַּיהוָֹה *in Domino*. Ex posteriore, לֵיהוִֹה, Psal. lxviii. 21.

vigente linguâ, alia bene multa contracta fuisse, haud dubitandum.

VI. Concursus *schevatis* compositi et simplicis, mobilis, hoc modo evitatur: 1. Ab initio vocis, mutando fictitium sonum *schevatis* compositi in veram vocalem brevem, et sequentem consonantem in unam syllabam contrahendo; i. e. ut *chatephpatach* transeat in *patach*; *chatephsaegol*, in *saegol*; *chatephkametz*, in *kametzchatuph*. Ita חֲבָלִים *funes*, in constructo חֲבְלֵי et postea חַבְלֵי. A קֳדָשִׁים *sanctitates*, nascitur, eadem lege, primum קֳדְשֵׁי et קָדְשֵׁי. 2. In medio vocis, bifariàm: vel abjiciendo suum *scheva*, et vocalem ex eo efficiendo; ut יַעֲמְדוּ *stabunt*, fit יַעַמְדוּ; et נֶהֶפְכָה *conversa est*, fit נֶהֶפְכָה: vel abjiciendo vocalem fictitiam, ita ut fiat *scheva* simplex quiescens, deleto etiam accentu euphonico, atque posteriore *schevate* manente mobili; ut יַעְמְדוּ *stabunt*; נֶהְפְּכָה *conversa est*.

VII. In gutturalibus et *Resch*, quae plerumque nullum *dagesch* recipiunt, compensatio omissi *dagesch* fit explicita vel implicita: 1. Explicita est, cùm vocalis brevis producitur in oppositam longam; ut בֵּאֵר pro בִּאֵר *declaravit*; בֵּרַךְ pro בִּרַךְ *benedixit*; בֹּרַךְ pro בֻּרַךְ *benedictus*. 2. Implicita dicitur, quae vocalem retinet, nulla compensatione facta, eique, ex analogia linguae, complementum adesse intelligitur. Talia sunt בֵּאֵר *declaravit*, מַהֵר *festinare*, רָחַץ *lotus est*, פָּעַל *fecit*.

Ex reliquis literis *dageschabilibus*, ob euphoniam, nonnunquam *dagesch* forte omittitur. Necessaria enim fit haec omissio, in fine; ut יְגַל *revelabit*, pro יְגַלּ, quod pro יְגַלֶּה. Arbitraria verò aliquando in medio, ex litera *schevâta*; ut תְּבַקְשׁוּ, Psal. iv. 3. pro תְּבַקְּשׁוּ *quaeretis*.

Aleph et *He* finales, antecedens *patach*, mutant in *kametz*: ita בָּרָא pro בָּרַא *creavit*; גָּלָה *revelavit*, pro גָּלַה. Ratio mutationis est, quòd, cùm voces istae sint acutae, simulque quiescens litera longiorem moram superaddat praecedenti vocali, non ampliùs *patach* manere potest, sed in *kametz* necessariò producitur.

SECT.

SECT. II.

De Mutatione, tum Literarum tum Vocalium, quae, per Derivationem, Declinationem, et Constructionem Vocabulorum, exsistere solet.

NUNC nobis considerandae veniunt, Mutationes, tum literarum servilium, tum vocalium, quae, per derivationem, motionem, constructionem, eveniant. Haec res, a plerisque Grammaticorum, confusa et indigesta tractari videtur. Operae pretium est, ut ad naturalem simplicitatem et evidentiam revocare conemur.

I. Omnis mutationis principium et causa in pronuntiandi ratione sita est; quae, vel ob accentum tonicum et regimen, partim in literis, partim in vocalibus, aliquod mutationis pariat.

Accentus tonicus mutationem vocalium inducit, ob incrementum vocis; tono descendente ad ultimam vel penultimam syllabam: hinc, necessariò et sponte, acceleratio in aliis syllabis nascitur. Vid. pag. 70,1. e. g. 1. In motione a masculino in foemininum; ut גָּדוֹל, גְּדוֹלָה, *magnus*, *magna*. 2. In declinatione; ut גָּדוֹל, גְּדוֹלַיִם, גְּדוֹלִים *magnus*, *magni duo*, *plures*. 3. In affixione; ut גְּדוֹלִי *magnus meus*. Haec patent ex dictis, pag. 216. et ipsa vis pronuntiandi cuivis dictitat.

Ex eadem lege promanat, ut תֹּם *perfectio*, det, 1. In motione, תֻּמָּה. 2. In declinatione, תֻּמִּים. 3. In affixione, תֻּמִּי *perfectio mea*. Hoc modo, incrementum vocis, ex nova syllaba adjecta, mutationem, ex Natura, producit. Aliud incrementum, quod vocatur *occultum*, per statum constructum oritur, ubi vox intimè connexa, quae copulatur cum sequenti, incrementum recipit; hinc acceleratio prioris, et, consequenter, vocalium mutatio: e. g. גְּדוֹל כֹּחַ *magnus roboris*, pro גָּדוֹל; עַם הָאָרֶץ *populus terrae*, pro עָם (*i*).

II. Vo-

(*i*) Observandum est, Nullas alias literas mutationem subire posse, praeter serviles; et, ex hisce, tantùm sequentes: 1. *He* foem. ante-

II. Vocales, quae mutationem pati possunt, dignoscuntur ex analogia linguae et derivandi norma; quae mediocriter pernoscendae sunt, antequam scire possimus, Quaenam vocales mutationem subeant, et quae non. Secundùm normam linguae, nulla non mutabilis; nulla, non vicissim immutabilis. Sic פָּקִיד *praefectus*, dat, 1. In motione, פְּקִידָה. 2. In declinatione, פְּקִידִים *praefecti*. 3. In affixione, פְּקִידִי *praefectus meus*. 4. In regimine, פְּקִיד בַּיִת *praefectus domûs*: at סָרִיס nullam admittit; in plur. סָרִיסִים; et in regimine סָרִיסֵי הַמֶּלֶךְ, Esth. iv. 4. 5. 9. quoniam derivatur a *Pihhel*. Verum quidem, exsistere סְרִיסֵי; sed est a סָרִיס Part. *Kal*, ut פָּקִיד quae mutationem patitur.

III. Mutationem insignem subit ה foemininum: 1mo, tollitur unà cum suo *kametz*, accedente plur. וֹת; ut טוֹבוֹת, טוֹבָה *bona*, *bonae*. Vid. pag. 81.

2do, Transit in ת, alteram notam characteristicam foeminini: 1. Ante terminationem dualem; ut טוֹבָתַיִם, טוֹבָה *bona*, *bonae duae*. 2. In affixione; ut שְׂפָתִי *labium meum*. 3. Similiter voci additur, ad significationem augendam; ut שְׂפָתָה *labrum vegrande*; אֵימָתָה *terror vegrandis*. 4. In regimine; ut שְׂפַת הַיָּם *labium vel littus maris* (*k*).

IV. No-

antecedente *kametz*. 2. *He* mas. praeeunte *saegol*, substitutum pro *Waw* vel *Jod*; ut גּוֹלֶה *revelans*; פֶּה *os*. 3. Terminatio dualis ַיִם) et plur. ִים). Non enim mutantur reliquae *heemanticae*, fini additae; ut nec *He* paragogicum. Immutabilis quoque terminatio plur. foem. וֹת.

(*k*) Omnis haec mutatio per Dialect. Chald. Syr. et Arab. illustratur et confirmatur. Apud Aramaeos enim, א eadem ejicitur, in plur. foem. formando: vel transit in ת, propter dualem, emphasin, affixionem, et regimen. Reverà, quum duplex sit terminatio foemin. nempè ה et ת, posterior potiùs, iis in accessionibus, usurpatur. Apud Arabes, illud *He* foemin. ة pronunciandum ut ت *Taw*, eisdem incrementis adscitis; prout in plur. foem. etiam planè tollitur. Ex horum dialecto etiam discimus, Tantam conjunctionem, per regimen, factam, ut nihil propius fieri queat citra confusionem; et מְדִינַת הַנָּבִיא *civitas Prophetae*, pronunciatum fuisse,

IV. Notabilem mutationem patitur terminatio dualis יִם) et plur. maſ. ים), tum in affixione tum in regimine. Abjicitur enim ם, unà cum punctis, manente ſolo *Jod* ad indicium numeri pluralis; et ſemper quieſcit in *tzeri*: e. g. דִּבְרֵי אֱלֹהִים *verba Dei*; עֵינֵי אָדָם *oculi hominis*.

Cùm affixum voci conjungitur, notat, quodammodo, ſtatum conſtructum: hinc, eiſdem legibus ſubjicitur; tantùm *Jod* aliquando vel quieſcit, vel movetur, vel otiatur, pro varia affixi natura. Quieſcit verò in דְּבָרֶיךָ *verba tui maſ.* a דְּבָרִים; movetur in דְּבָרַיִךְ *verba tui foem.* otiatur in דְּבָרָיו *verba illius*.

Terminatio plur. וֹת, fixa et conſtans, in regimine, nullam planè mutationem ſubiens: ſed, in affixione, inſuper aſſumit *Jod*, ad eandem legem quietis et otii; ut in דּוֹרוֹתֵינוּ *generationes noſtri*.

V. Terminatio ſingularis in ֶה) cadens in derivata maſculina Verborum quieſcentium tertiâ *He*, et pauca alia a perfectis derivata, quandam mutationem ſubeunt: 1. Perit planè in motione a maſculino in foemininum; ut גּוֹלֶה in foem. גּוֹלָה. 2. In declinatione; ut מַחֲנֶה *caſtrum*, מַחֲנַיִם et מַחֲנִים *caſtra*. 3. In affixione; ut שָׂדִי *ager meus*, a שָׂדֶה. 4. In paragoge, retracto etiam accentu, ne cum *He* foem. confunderetur; ut מַטָּה *infimè*, pro מַטֶּה *deſcenſio, declinatio*, a נָטָה *declinavit*. 5. In regimine manet quidem *He*; ſed *ſaegol* in *tzeri* abit, ad clarius indicium radicis; ut שְׂדֵה אִישׁ *ager viri*, pro שָׂדֶה.

1mo, Haec non fortuitò eveniunt; ſed ex analogia linguae profecta ſunt: nam *He*, in illis Verbis quae tertiam radicalem quieſcentem habeant, non pertinet ad Verbum, ſed pro *Waw* et *Jod* ſubſtituitur; ſic גָּלָה eſt pro גָּלַי, uti jam vidimus, p. 182,3. Hinc apparet, 1. Quare גּוֹלֶה *revelans maſc.* per legem quietis, in foem. habet גּוֹלָה in plur.

fuiſſe, non *medinat-hammahi*, ſed *medinatannahi*. Hinc natura conſtructionis et veteris pronuntiationis Hebraeae patet.

Qui Maſorethas fuiſſe omnino punctorum vocalium auctores volunt, indolem, rationes et fundamenta linguae, conſideràſſe non videntur.

plur. גֹּולִים, &c. Si radicalis fuiſſet litera *He*, non potuiſſet tolli: ſed cùm ſervilis ſit, evaneſcit; quia tertia radicalis in quietem conceſſit. 2. Ratio, quâ, in ſtatu conſtructo, *He* manere debuerit, eſt, Quod aliter vera radix haud dignoſci potuiſſet: nam שֹׂר אִישׁ longè diverſum ſenſum funderet, neque in *Thaw* mutari debuerit; quia cum foem. *He* confunderetur.

2do, Anomalum videtur primo conſpectu, פֶּה *os*; cujus plur. dat, non tantùm פִּים *ora*, ſed etiam פִּיֹּות; et, cum affixo, praebet פִּיךָ *os tuum*; in regimine, פִּי יְהוָֹה non פֵּה: ut, in his, analogia pateat, ſciatur, Radicem eſſe פֵּיָה vel potiùs פֵּיְי; hinc, primitùs, plena forma fuit פְּיִי, quod in פֵּיָה nec non פֵּיְי, ex lege quietis, trajectum. Hinc duplex conſtructio: altera, פֶּה; altera, פִּי: illa, in abſoluto; haec, in conſtructo, necnon in affixione, jure obtinuit.

VI. Nunc, Mutationes in Vocalibus, ex omnibus hiſce, conſiderandae veniunt. Hactenus obſervavimus, In omni declinatione, quae accentum ad ultimum vel antepenultimum deducat, antepenultimum *kametz* vel *tzeri* perire. Hinc quoque patebit ratio ſequentis canonis, qui eſt infiniti usûs; nempè, *Kametz* et *tzeri*, in ſtatu conſtructo, ſive in voce regente, ſi mutabiles ſint, tolli, ad accelerandam pronuntiationem; ut דְּבַר יְהוָֹה *verbum Jehovae*, a דָּבָר; לְבַב אֱנוֹשׁ *cor hominis*, pro לֵבָב; ſic etiam יְדֵי אִישׁ *manus viri*, pro יָדַיִם; כְּלֵי בַיִת *vaſa domûs*, כֵּלִים.

Haecce verò regula in Natura fundata eſt; nam ſtatus conſtructus, arctiſſimè connectens duas voces, tonum fermè totum in ultimum locum deducit. Igitur hae vocales longae conſiderantur ut antepenultimae accentui tonico; et ſic perire debent. Sic, 1. Status conſtructus ab abſoluto, hac mutatione, diſtinguitur. 2. In quibuſdam verò, longae vocales mutari nequeunt, ſine ipſa forma vocis deſtruenda, et ſic reddenda ejus ſignificatione obſcura: hinc anomaliae, in quibuſdam Grammaticis, facilè diluuntur; e. g. אֵזוֹר חֲלָצָיו *cingulum lumborum ejus*, חֵקֶר אֱלוֹהַּ *ſcrutinium Numinis*. Eſt enim, in his aliiſque, *tzeri* illud immutabile, ob peculiarem derivati formam quam efficit. Idem de *kametz* obſervetur.

VII. In

VII. In praecedenti paragrapho, vidimus, Quòd vocales longae penultimae abjiciantur. Ob eandem causam, *kametz*, in ultima syllaba, quod in aliis incrementis finalibus manere potest, ob regimen, plerumque corripitur in oppositam brevem *patach*; ut, in exemplis praedictis, דְּבַר יְהוָה *verbum Jehovae*, pro דָּבָר; et לְבַב אִישׁ *cor viri*, pro לֵבָב, &c.

Ratio mutationis hujus, conspicua; nempè, quòd, propter arctiorem illum nexum et celeriorem pronuntiationem, illud *kametz* incurrit in *scheva*, citra accentum: sic, עָם *populus*, dat, cum affixo, עַמִּי. Sic, in regimine, עַם יְהוָה *populus Jehovae*; הַר הַזֵּיתִים *mons olearum*, pro הָר.

Constat tamen, Non eandem esse necessitatem mutandi hîc *kametz*, uti in priore loco. Igitur exceptiones ab hac regula plures: 1. In foemininis quae exeunt in ת ַ); ut מְנָת כּוֹס *portio calicis*, Psal. xi. 6. 2. In Nominibus formae פָּקָד; ut שְׁאָר הָעִיר *reliquum urbis*, 1 Chron. xi. 8. כְּתָב אֱמֶת *scriptum veritatis*. 3. In Derivatis Verborum, quorum media est *Waw* vel *Jod*; ut עָב טָל *nubes roris*, a עוּב: at עָב הֶעָנָן est *densitas nubis*, Exod. xix. 9. a עָבָה *spissus fuit*. 4. In יָם *mare*; ut יָם הַמֶּלַח *mare salis*: attamen exstat יַם סוּף *mare algae* vel *algosum*.

VIII. *Tzeri* finalis in regimine manere amat: nihil tamen vetat mutationem ejus in *saegol*; pro quo, et *patach* substituitur; ut מַקֵּל שָׁקֵד *baculus amygdali*, מַקַּל לִבְנֶה *baculus populi arboris*. Secundùm eam rationem, אוֹבַד עֵצוֹת *periens consiliorum*, pro אוֹבֵד; קַן צִפּוֹר *nidus avis*, a קֵן; כְּבַד פֶּה *gravis oris*, pro כָּבֵד, Exod. iv. 10. עֲרַל שְׂפָתַיִם *praeputiatus labrorum*.

In aliis verò incrementis vel motione, declinatione et affixione, quae accentum deducunt, alia *tzeri* abjiciunt, substituto *schevate*; ut פּוֹקֵד dat פּוֹקְדָה et פּוֹקְדִים, פּוֹקְדִי *visitans me*. *Tzeri* abjicitur, quia Participium facilè distinguitur, quiescente *cholem*. In adjectivis etiam formae פִּקֵּד; ut אִלְּמִים *muti*, ab אִלֵּם; et חֵרְשִׁים *surdi*, a חֵרֵשׁ.

E contrà, alia retinent *tzeri*, pro varia indole et forma cujusque vocabuli, ex analogia linguae dignoscenda: 1. In eisdem

eisdem Participiis, cùm vim substantivi quodammodo adsciscant; ut בּוֹגֵדָה *praevaricatrix*, Jer. iii. 8. זוֹלֵלָה *vilissimum prostibulum*, Thren. i. 11. 2. In Part. Praes. form. פָּקֵד, quae faciunt פְּקֵדָה. Sic רְעֵבִים *esurientes*; יְרֵאִים *timentes*; בְּהֵמָה a בָּהֵם *pecora majora*. 3. In Nominibus formae מְפַקֵּד; ut מַקְהֵלִים *coetus*, propriè, *congregatorius*; מַזְמֵרוֹת *falces putatoriae*. 4. In derivatis Verborum quiesc. med. ut עֵדָה *testimonium*, a עֵד. Aliquod privum habet בֵּן *filius*; nam, in regimine, dat בֶּן, בַּן, בִּן, nunquam verò בֵּן: cùm tamen in plur. exstet בָּנִים *filii*, non verò בֵּנִים, unde בָּנוֹת ex בַּת, pro בֶּנֶת a בָּנָה *aedificavit*, hinc, verisimile primitùs בִּן quoque fuisse, aequè ac בֵּן.

IX. *Chirek* longum finale, suae quoque mutationi obnoxium, secundùm diversam formam Nominum: quorum quaedam sunt substantiva formae פְּקִי; alia adjectiva participialia in formis etiam פְּקִי; alia gentilia, ut עִבְרִי *Hebraeus*; alia verò denominativa, ut תַּחְתִּי *inferior*.

Quod ad substantiva formae פְּקִי, contrahuntur ex plena forma Nominum quae habent geminum *saegol*: et, hanc ob causam, assumunt *dagesch* forte in *Jod*, è quiete in motum transiens; ut פִּיּוֹת a פִּי *os*, quod et פֶּה pro פִּיֶה: vel, è contrà, in quiete manent, *Jod* plurali cum *Jod* radicali colliquescente; ut פִּים pro פִּיִּים; sic צִי *navis*, צִים et צִיִּים; עִי *cumulus*, עִים et עִיִּים; אִי *insula*, אִים et אִיִּים.

Adjectiva formae פְּקִי nihil in se irregulare habent: si modo meminerimus, Illa orta esse Radicibus quarum ultima radicalis est *Jod*, cujus loco substituitur *He*: tantùm contracta sunt; ut עָנִי *pauper*, pro עָנִיי, ad formam פָּקִיד dat primo עֲנִיִּים, et, per compendium scriptionis, עֲנִיִּים. Sic נְקִיִּים *insontes*, a נָקִי pro נָקִיי a נָקִי *purus fuit*.

Denique, Adjectiva gentilia et demonstrativa tres diversos plurales admittunt; ut עִבְרִי *Hebraeus*, dat, 1. עִבְרִיִּים cum *dagesch*. 2. Per colliquefactionem, עִבְרִים. 3. Per dissolutionem, עִבְרִיאִים, altero *Jod* duplicato in א, ad molliorem pronuntiationem, abeunte.

Chirek

Chirek finalis plerumque immutabilis eſt; ut פָּקִיד *viſitatus:* nec ob regimen, nec ob reliquam declinationem, illud amittitur; ut מַפְקִיד *viſitare faciens.*

X. *Cholem* finale, vel in fine vocis, plerumque manet immutabile; ut אוֹר *lumen*, in plur. אוֹרִים, cum affixo, אוֹרִי, et, in regimine, אוֹר פָּנִים *lumen vultûs.* Attamen צִפּוֹר *avis*, dat צִפֳּרִים, et אַרְמוֹן *palatium*, אַרְמְנוֹת: ſed haec ab אַרְמָן deſcendere poſſit.

Tria ſunt vocabula, ubi *cholem* finale in *kametz* mutatur: viz. אֱנוֹשׁ dat אֲנָשִׁים; רֹאשׁ *caput*, רָאשִׁים; et יוֹם, יָמִים. Ratio eſt, quòd magna affinitas ſoni, inter *kametz* obſcuriuſculè pronuntiari ſolitum, et inter *cholem*; et אֱנוֹשׁ in Chaldaica eſt אֱנָשׁ, quae videtur eſſe forma antiqua. Etiam רֹאשׁ eſt unum ex nominibus *ſaegolatis* pro רֶאֶשׁ, cujus plur. regul. eſt רְאָשִׁים, et hoc contrahitur in רָאשִׁים. Sic יוֹם *dies*, eſt pro יֶוֶם, unde יְוָמִים, et mox יָמִים: potuiſſent etiam dicere יוֹמִים; nam in duali exſtat יוֹמַיִם.

XI. *Schurek* haud facilê mutationem patitur: quidque mutationis ſubire queat, ex analogia petendum. Hîc tantùm notabimus, Quid de terminatis, וּת, ִית et וֹת, foemininis, neceſſariò tenendum.

1mo, De ִית hactenùs obſervavimus contractum eſſe ex ִיֶּת). Nunc עִבְרִית *Hebraea*, in plur. dat עִבְרִיּוֹת *Hebraeae*; ratio cujus patebit in proceſſu ſimpliciſſimo, עִבְרִיּוֹת, עִבְרִיִּם, עִבְרִיֶּת, עִבְרִיָּה, עִבְרִי. Quivis ſentit, עִבְרִיתוֹת in hanc ſeriem non quadrare. Sic עַרְבִיּוֹת *Arabiſſae*, a עַרְבִית vel potius עַרְבִיָּה.

2. Pauca ſunt nomina, in וֹת exeuntia, quae pluralem reliquere: אָחוֹת *ſoror*, in plur. אֲחָיוֹת, Job. i. 4. Ut ratio hujus appareat, origo vocis inquirenda; quae haud dubiè eſt אָחִי vel אָחוּ, quod in foem. dat אָחִיָּה et אָחִיֶּת, uti etiam אָחוָּה vel אָחוֶת; unde, in ſing. per quietem, אָחוֹת, et in plur. regulariter dat אֲחָווֹת vel אֲחָיוֹת, quod etiam exſtat, Hoſ. ii. 3. Adſciſcitur termin. maſc. ad evitandam cacophoniam; ſic etiam בָּמוֹתִים *celſa*.

3tio,

3tio, Multa sunt quae desinunt in וּת, quae plur. duplice ratione forment: 1. ת foem. abjecto, *dagesch* forte, ut inseratur in *Waw*, movendum, quod, propter euphoniam, mutatur deinde in *Jod*; ut מַלְכוּת *regnum*, primò dat מַלְכֻוּוֹת *regna*, et molliùs מַלְכֻיּוֹת; sic חָנוּת, חֲנֻיּוֹת *cellae*. 2. Assumendo terminationem masc. manente *Thaw* foemin. ut כְּרִיתוּתִים *excisiones*, Jer. iii. 8. אַלְמְנוּתִים *viduitates*, Esa. liv. 4. (*l*).

XII. Hactenùs, de longarum vocalium mutatione; nunc, Insigniores Brevium, considerandae sunt;

Patach finale, in diversis formis occurrens, immutandum est, cùm, additione syllabae, accentus deducatur. Hoc fundatur in hisce suprà dictis. Igitur, 1. Multa nomina *patach* in *kametz* producunt; ut שַׁד *uber*, שָׁדַיִם *mammae*, a שָׁדָה *fudit copiosè*; אֲגַם *stagnum*, אֲגַמִּים *stagna*. 2. Alia *dagesch* forte assumunt, in complementum τῶ *patach*; ut קַוָּם *linea ipsorum*: quod necessarium erat; quia radix est קָוָה: sic in חַיָּה *fera*, propriè, *viva*, a חַי *vivus*, a חָיָה. In quibusdam vocibus, assumitur *dagesch*, tantùm euphoniae causâ; ut מְעַטִּים *pauca*. 3. Multa *scheva*, vice *patach*, substituunt, et novam formam syllaba recipit; ut שְׂלָו *pinguicula, coturnix*, שַׂלְוִים. In statu constructo, terminata in ַי) sponte abeunt in ֵי); ut גֵּי הָרִים *valles montium*. Fundamentum omnium harum mutationum, in analogia cujusque vocis, tum radice tum forma, positum.

XIII. *Saegol* finale immutandum, in illis quae *saegolâta* vocantur. Haec nomina, *saegolâtae* formae, denominantur quibus est *saegol*, vicariumve *patach*, in ultima syllaba, et, in penultima, plerumque etiam *saegol*, sed saepe *tzeri* vel *cholem*; דֶּרֶךְ *via*, עֶבֶד *servus*, מֶלֶךְ *Rex*, סֵפֶר *liber*, קֹדֶשׁ *sanctitas*, לַהַב *flamma*, בֶּטַח *fiducia*.

Saego-

(*l*) Secundùm hanc legem, etiam exeuntia in ִית nonnunquam plurali masculino augentur; ut חֲמִשִׁתָיו *quintae partes ejus*, quasi a חֲמִישִׁיתִים, Levit. v. 24. חֲנִיתִים *hastae*, a חֲנִית. Denique, ה foem. in formando plur. plerumque quidem, aequè ac ת, abjicitur. Licentiam tamen hanc, Dialectus Hebraea, prae reliquis, sibi fecit, ut *Thaw* aliquando retinuerit, atque in jus radicale quasi immiserit.

Saegolâtis quoque accensenda, uti ejusdem indolis, Nomina contracta ex praedictis formis: et, 1. Monosyllaba, quae, pro ultimo *saegol*, habent *scheva* quiescens; ut חֵטְא *peccatum*, pro חֵטֶא; נֵרְדְּ *nardus*, pro נֵרֶד.

2. Monosyllaba, quae, cum *schevate* mobili sub prima radicali, exeunt in *patach*, *saegol*, *tzeri* vel *cholem*; ut דְּבַשׁ *mel*, שְׁכֶם *humerus*, פְּקֹד *visitatio*. Hinc enata Nomina formae פְּקִי, quorum origo פְּקֶה vel potius פְּקֶי, פְּקֶו *Waw* vel *Jod* mobili: haec, accentu ad finem rapto, raptim per unam syllabam enuntiata, פְּקִי *pekei*, et mox *pki*: talia sunt פְּרִי *fructus*, מְרִי *rebellio*, יְפִי *pulchritudo*, חֳלִי *morbus*, &c.

3. Ad *saegolâta* quoque referri debent Nomina formae פֵּיִד vel פָּוֶד, quae descendunt a quiescentibus mediâ *Jod* et *Waw*, per motum illius mediae: unde et, per quietem, subnatae formae פֵּיר, פֵּיד, פּוֹד et פָּוֶד, פָּוֶד, פּוֹד; ut עָוֶל *iniquitas*, aequè ac עָוֶל.

Harum omnium expedita et simplex ratio mutationum est, quas subeunt in singulari, duali et plurali;

1. In sing. nil mutationis per statum constructum, secundùm principia hactenùs posita: nam שֶׁבַע *septem*, aequè absoluta est forma ac שֶׁבַע; etiamsi communis sit forma statûs constructi.

2. In affixione recipienda, etiam in motione a masculino in foemininum, etiam accedente *He* paragogico, sequentem regulam observant; quae, uti maximè generalis, et ad plurima extendens, memoriae fideliter imprimenda: viz.

Ultima vocalis abjicitur, et in ejus locum scheva *quiescens sufficitur; et penultimae longae corripiuntur in oppositas breves; cholem*, in *kametzchatuph* vel *kibbutz*; *tzeri*, in *chirek* breve vel *saegol*.

1. Sed, si penultima brevis sit, tunc *patach* suo jure manet; si *saegol*, vel manet, quod rarius, vel transit in *patach*, quod frequens, vel abit in *chirek* breve, quod frequentissimum: sic קֹדֶשׁ dat קָדְשִׁי *sanctitas mea*; גֹּדֶל *magnitudo*, גָּדְלוֹ *magnitudo ejus*; אֵשֶׁת *uxor*, אִשְׁתִּי; נֶגֶד *coram*, נֶגְדִּי; קֶצֶף *ira*, קִצְפִּי *ira mea*; מֶלֶךְ *Rex*, מַלְכִּי *Rex meus*; פַּחַד *pavor*, פַּחְדִּי; פְּרִי *fructus*, פִּרְיִי *fructus meus*; שְׁבִי *captivitas*,

vitas, שְׁבְיֵךְ *captivitas tua*; מַמְלֶכֶת *regnum*, מַמְלַכְתִּי *regnum meum*. In motione, eaedem leges obtinent; ut חָרְבָּה *vastitas*, a חֹרֶב; אֶבְרָה *ala*, ab אֵבֶר; מַלְכָּה *regina*, a מֶלֶךְ. Etiam accedente *He* paragogico; ut קֵדְמָה *orientem versùs*; נֶגְבָּה *austrum versùs*; אַרְצָה *terram versùs*, &c.

2. Dualis etiam easdem leges in mutationibus suis observat: sic ab אֹזֶן *auris*, fit אָזְנַיִם *aures*; a מֶלֶךְ, מַלְכַּיִם; a בֶּרֶךְ *genu*, בִּרְכַּיִם et בִּרְכַּיִם *genua*. Haec, in regimine, habent אָזְנֵי, מַלְכֵּי, &c. Nonnunquam tamen dualis more pluralis formatur: ultimum enim punctum in *kametz*, et penultimum in *scheva*, abit; ut דְּרָכַיִם *bivium*, pro דַּרְכַּיִם a דֶּרֶךְ, Prov. xxviii. 6. דְּלָתַיִם *valvae*, pro דַּלְתַּיִם a דֶּלֶת *janua*; קְרָנַיִם *cornua*, pro קַרְנַיִם a קֶרֶן. In statu tamen constructo, redeunt ad דַּרְכֵּי, דַּלְתֵי, קַרְנֵי, &c.

3. Pluralia item horum duabus diversis formis fiunt: (1.) Usitatissima est forma quae, pro ultimo puncto, substituit *kametz*; pro penultimo, *scheva*: sic קָדָשִׁים *sanctitates*, a קֹדֶשׁ; רְמָחִים *lanceae*, a רֹמַח; סְפָרִים *libri*, a סֵפֶר; מְלָכִים *reges*, a מֶלֶךְ; נְרָדִים *nardi*, a נֵרְד; item חֳלָיִים *morbi*, a חֳלִי; חֲלָיִים *monilia*, a חֲלִי, &c. (2.) Usitata quoque est norma illa singularium, secundùm quam existit רְכָסִים et רְכָסִים *salebrae*, pro רְכָסִים; תִּשְׁעִים *nonaginta*, è תֵּשַׁע; רַחֲמִים *viscera*, *miserationes*, a רַחַם *uterus*. In regimine, haec omnia dant רִכְסֵי, סִפְרֵי; semper servata ea vocali quam, in affixione sua, numerus sing. adscivit.

XIV. Hactenùs vidimus, Nomina formae פֵּיד et פֵּוּר, eorumque gemellos פַּיִד, פֵּיד, פוֹד, פּוּד, esse quasi *saegolâta*, quae nascuntur a Verbis praeditis media *Waw* et *Jod*; quae partim motae, partim in quietem missae, has sex propagines produxere. Origo omnium, פֶּיֶד et פֶּוֶד; quae, si sonentur more et ore Orientalium, exeunt in *pejedh* et *pewedh*. Prius sponte divergit in פַּיִד; pro gemino *saegol*, adscito *patach* et *chirek* brevi: posterius dilabitur in פָּוֶד, assumpto, ad priorem syllabam, *kametz* pro *patach*; quod *Waw* labia paulò latius diduci velit. Ex priore classe, per

legem

legem quietis, natum mox פֵּיר vel פִּיר ; ex posteriore, פּוֹר vel פּוּר (*m*).

De hisce tenendum est, imprimis, Formas פֵּיר et פֹּוֶר medias suas in quietem dare cum vocalibus opportunis: 1. Ob regimen; ut בֵּית הַמֶּלֶךְ *domus Regis*, pro בַּיִת; מוֹת הַמֶּלֶךְ *mors Regis*, pro מָוֶת. 2. Ob motionem; ut צֵידָה *venatio*, a צַיִד; עוֹלָה *iniquitas*, a עָוֶל. 3. Ob affixionem; ut בֵּיתִי *domus mea*, שֵׁיתוֹ *vepretum ejus*. 4. In duali; ut עֵינַיִם *oculi*, a עַיִן. 5. In plurali; ut צֵיתִים *oleae*, a זַיִת.

Eaedem

(*m*) Ut natura *saegolatorum* pateat, observetur, Omnes Dialectos, in hac copiosissima sobole Verbalium Formarum, tam sororiè conspirare, ut vel hinc, eas unum corpus linguae constituere, quivis videat.

Dialectus Hebraea, ferè, *saegolâta* radicalia dissyllaba tulit; ut עֶבֶד *servus*: attamen et עֶבְד et עֲבְד tum scriptum, tum pronuntiatum fuit; ut נֵרְד *nardus*, קֹשְׁט *veritas*. Dialectus Arabum, hanc pronuntiandi rationem perpetuò observans, *hhabd* et *hhebd* sonat, pro *servo*: ita tamen ut plebs malit *hhebed*. Docti addunt *Nunnationem*; resonantes *hhabdon* et *hhabden*.

In hac varietate formae absolutae, omnes tamen, affixione facta, conveniunt in עַבְדִּי *hhabdi* vel *hhebdi*, *servus meus*. Sic, non tantùm Hebraei, sed Arabes, Chaldaei et Syri, sonant *kodschi*, *sanctitas mea*: quum, in absoluto, Dialectus Hebraea velit *kodesch*; Arabica, *kods*; Chaldaica et Syriaca, *kdush*.

Qui Masorethas volunt auctores esse punctorum vocalium, haec et similia fundamenta punctaturae nunquam satis videntur attendisse. Reverà, quisquis aequus judex videbit, Masorethas tam parùm haec invenisse, quàm Chaldaicam, Syriacam et Arabicam, condidisse.

Solus usus finire potuit, Quae vocalis cuique voci fuerit tribuenda, secundùm classes suprà indicatas. Admonent hoc formae *saegolatae*, פֶּקֶה, פֵּקֶה, פֹּקֶה, unde orta Nomina formae פְּקִי. Sic flectuntur haec verbalia, substituto *He* masc. pro *Jod* vel *Waw*, radicalibus. Sic קֵצֶה *finis*, pro קֵצֵו: ejus plur. קְצִים. Nulla anomalia in כֵּלִים *vasa*, quod non a כְּלִי sed כֶּלֶה; sic לְחָיִם a לֶחֶה *maxilla*; מֵעִים *viscera*, non a מְעִי sed מֵעֶה. Vetus scriptio, פֶּתֶא pro פֶּתֶה, ansam dedit ut exsisteret פְּתָאִים pro פְּתָיִים simplices a פֶּתִי.

Eaedem tamen formae motum med. rad. retinent: 1. Accedente *He* paragogico, quod ultimam vocalem in *scheva* quiescens mutari cogit; ut בַּיְתָה *domum versùs*, מָוְתָה *mortem versùs*. 2. In pluralibus, secundùm indolem *saegolatorum*, ultimum punctum in *kametz*, penultimum in *scheva* transit: sic עֲיָנוֹת *fontes*, a עַיִן; עֲיָרִים *aselli*, a עַיִר: ita עֲוָרִים a עִוֵּר, Esa. xxx. 6. Sic חֲיָלִים *copiae*, a חַיִל.

Nomina formae פִּיד, פּוֹד, פּוּד, in plurali, saepe *Jod* suum ex quiete in motum excitant; ut עֲיָרִים *urbes*, Jud. x. 4. a עִיר; שְׁוָרִים *boves*, a שׁוֹר; דְּוָדִים *ollae*, a דּוּד, unde et דּוּדִים existat. Nominibus formae פַּיִד accensendum גַּיְא *vallis*. Ad hancce formam quoque reducendum מַיִ *aqua*, pro מַיִן. Ad formam פִּיד reduci debent monosyllaba truncata, אִי *insula*, עִי *acervus*, צִי *navis*, contracta ex אִיִּ, עִיִּ, צִיִּ. Ad formam פּוֹד sese referunt גּוֹי *gens*, לוֹי *opus plexile*, cujus primigenium לְוִי *lewej*, dedit לִוְיָה, Prov. i. 9. propriè, πλέγμα, &c. Imitantur formam פּוֹד *saegolâta* multa a media *Aleph*; ut בְּאֵר *puteus*, quod aliàs בְּאֵר pro בְּאֵר; item רֹאשׁ *caput*, pro רֶאשׁ.

XV. Nomina formae פְּקֻדָּה sunt, flexiones foemininae *saegolâtorum*, quae recipiunt, ad primam radicalem, pro natura sui primitivi, vocalem brevem, *kametzchatuph* et *kibbutz*; ut חָרְבָה *vastitas*, a חֹרֶב; טָהֳרָה *puritas*, a טֹהַר: *saegol* et *chirek* breve a פֵּקֶד; ut חֶלְקָה *portio*, a חֵלֶק; et אִמְרָה ab אֵמֶר *dictum*: denique, *patach*, *saegol*, *chirek* breve, a forma פֶּקֶד; ut עַלְמָה *virgo*, a עֶלֶם *adolescens*; חֶרְפָּה *opprobrium*, a חֶרֶף; et שִׂמְחָה *laetitia*, a שֶׂמַח.

Mutatio horum, ob incrementum finale, vel occultum vel manifestum, ad normam *saegolâtam* procedit. Nam, 1. In regimine, dant חָרְבַת, שִׂמְחַת. 2. In affixione, חָרְבָּתִי *vastitas mea*; שִׂמְחָתִי *laetitia mea*. 3. Cum *He* paragogico *milghel*, חָרְבָּתָה, שִׂמְחָתָה. 4. In duali, עַלְמָתַיִם *duae virgines*. 5. In plur. absoluto, עֲלָמוֹת *virgines*, שְׂמָחוֹת *laetitiae*, אֲמָרוֹת *dicta*. 6. In plur. constructo, שִׂמְחוֹת, חָרְבוֹת, &c. Vocabula, quae servilem literam in principio

pſo habent, nihil mutant; ut מִצְוָה *praeceptum*, quae eſt pro מִצְוָיָה, facit מִצְווֹת.

XVI. Suprà obſervatum, Geminam eſſe terminationem foemininam: primam *milra* acutam in ה ָ); ut מִלְחָמָה *bellum:* alteram *milhel* penacutam, in ת ֶ ֶ); ut מִלְחֶמֶת. Primae ſemper locus eſt; poſtremae non item, ob duo obſtacula hactenùs memorata, p. 80. Prior terminatio, ſtatui abſoluto maximè; poſterior verò, regimini et affixioni, convenit: ſic מִשְׁפָּחָה in abſoluto, creberrimum, מִשְׁפַּחַת rarum; at frequentiſſimum, in regimine et affixione, ut מִשְׁפַּחְתִּי *familia mea*. Haec flexio per ת ֶ ֶ) per totam linguam diffuſa, ſi modo duo obſtacula abſint. Sic לֶדֶת, לֵדָה *partio*, a יָלַד; גֶּשֶׁת, גְּשָׁה *appropinquatio*, a נָגַשׁ; בְּהֵמָה, בְּהֶמֶת *beſtia*. Omnia Participia etiam moventur; ut פּוֹקֵד dat פּוֹקֶדֶת, פּוֹקְדָה: atque ita porrò in omnibus Conjugationibus.

Hactenùs diximus, pleraſque formas Verborum aliquid mutationis ſubire, vel ob pronomina affixa, vel ob figuram quandam orationis.

Infinitivi ſequuntur normam Nominum ſingularium, cum quibus etiam natura conveniunt: ſic forma פְּקֹד dat פָּקְדִי et פָּקְדֵנִי; foemininum פְּקֻדָה et פְּקֻדָּה, &c. mutat ה in ת; ut בְּאַהֲבָתוֹ *in amare ejus*, Gen. xxix. 20. Haec *He* etiam in conſtr. abit in *Thaw*; ut אַהֲבַת חֶסֶד *amare benignitatis*; affixio in formis פְּקֹדֶת, פְּקֻדֶת, &c. ad legem *ſaegolatorum* procedit; ut a צְדָקָה Infinit. foem. in *Pihh.* exſtat צַדֶּקְתֵךְ *juſtificare tui*, Ezech. xvi. 52. Ex variis exemplis Infinitivos etiam pluralem admittere potuiſſe, conſtat; ut בִּבְנוֹתַיִךְ *in aedificationibus tui*, Ezech. xvi. 31. Terminatio maſculinorum Infinitivorum גַּלֹּה, in affixione, amittit ſuum *He*; quippe quod ſervile tantum, et vicarium τȣ *Waw*; ita a עֲשֹׂה *facere*, habemus עֲשֹׂתוֹ *facere illius*, quod et עֲשׂוֹתוֹ; nam perfecta forma eſt עֲשׂוֹ per *Waw* mobile; unde mox עֲשׂוֹ *Waw* quieſcente ortum. Sed haec latius proſequi inſtituti noſtri ratio vetat.

GRAMMATICÆ HEBRÆÆ

LIBER QUARTUS.

De propria Natura et Indole Syntaxeos Hebraicae, Stricturae quaedam.

CAPUT I.

De Convenientia Nominis cum Nomine.

I. SUBSTANTIVUM cum substantivo, eandem rem significans, in genere, numero et casu, concordat, per appositionem; ut נַעֲרָה, בְּתוּלָה *puella, virgo,* Deut. xxii. 28. אִשָּׁה, אַלְמָנָה *mulier, vidua,* 2 Sam. xiv. 5.

1. Loco appositionis, interdum status regiminis vel constr. ponitur; ut נְהַר פְּרָת *fluvius Euphratis,* pro נָהָר *fluvius Euphrates.* Vid. etiam 2 Reg. xviii. 12. 7. 5. uti apud Graecos, εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, *in urbem Samariae,* i. e. *Samariam.*

2. Nomina dominii בַּעַל, אֱלֹהִים, אֲדוֹן efferuntur numero plurali, cum antecedente singulari, ad indicandam personae, ut Hebraei volunt, dignitatem; ut אַבְרָהָם אֲדֹנָיו *Abrahamus dominus ejus*; הָאִישׁ אֲדֹנֵי *vir ille dominus,* Gen. xlii. 30. אֲדֹנֵיהֶם לְמֶלֶךְ *domini sui Regis,* Gen. xl. i. (*n*); אֱלֹהִים קְדֹשִׁים הוּא quia *Dii sancti ipse,* h. e. *Deus sanctus,* Jos. xxiv. 19. *et contestati sunt* בְּעָלָיו *dominos ejus,* i. e. *dominum,* Exod. xxi. 29.

II. Sub-

(*n*) 1. In hac substantivorum appositione, utrique saepe articulus, praepositio, aut alia litera servilis, praeponitur, elegantia et emphasi singulari; ut לַאדֹנִי לְעֵשָׂו *domino meo Esau,* Gen. xxxii. 10. אֶת עַמִּי אֶת יִשְׂרָאֵל *populum meum Israelem,* 2 Sam. vii. 7.

2. Idem substantivum, eodem casu et numero, saepe repetitur: 1. Ad affectum et emphasin designendam; ut בַּדֶּרֶךְ בַּדֶּרֶךְ *in eadem via, in eadem via, procedam,* Deut. ii. 27. צֶדֶק צֶדֶק *justitiam,*

II. Substantivum cum adjectivo, nec non pronomine et participio, convenit, in genere, numero, et casu; ut לֵב טָהוֹר *cor purum*, Psal. li. 12. גּוֹי חֹטֵא *gens peccans*; ac adjectivum plerumque sequitur, nisi loco praedicati veniat; ut טוֹב יְהוָה *bonus est Jehovah*, יָשָׁר דְּבַר יְהוָה *rectum est verbum Jehovae*. Cum adjectivum praecedit, saepe est ellipsis Verbi substantivi intercedentis; ut יָשָׁר דְּבַר יְהוָה *rectum est verbum Domini*. Vid. etiam Eccles. vii. 12.

1. Cùm verò plura substantiva diversi generis praecedunt, convenit adjectivum saepe cum genere masculino; ut בָּנֶיךָ וּבְנֹתֶיךָ נְתֻנִים *filii tui et filiae tuae, traditi*, &c. modo cum proximiore foeminino; ut אַפִּי וַחֲמָתִי נִתֶּכֶת *furor meus et indignatio mea effusa est*, Jer. vii. 20.

Nonnunquam, elegantiae causa, pro adjectivo, usurpatur substantivum, praecedente particula, ב, ל, מ, vel מִן; ut

tiam, justitiam, i. e. *indesinenter justitiam sectaberis*, Deut. xvi. 20. Sic Jer. xxii. 29. אֶרֶץ, אֶרֶץ, אֶרֶץ *terra, terra, terra, audi sermonem Domini;* אֵלִי, אֵלִי *O Deus meus, O Deus meus*, Psal. xxii. 2. Sic Jer. vii. 4. *templum Domini, templum Domini, templum Domini*, hoc est, Unicum et charissimum Domini templum, in quo solo habitat, et in quo nos maximè confidimus. 2. Ad multitudinem significandam, quod plerumque repetitione substantivorum pluralium fit; ut *vallis Siddim erat* בֶּאֱרֹת בֶּאֱרֹת חֵמָר *putei, putei bituminis*, i. e. *habebat puteos multos bituminis*. Sic, *colligebant eas ranas* חֳמָרִם חֳמָרִם *acervos, acervos*, i. e. *acervatim*, Exod. viii. 10. Sic, 2 Reg. iii. 16. *fac torrentem hunc foveas, foveas*, i. e. *plurimas foveas*. Vid. Jud. v. 22. Esa. xxv. 1. 3. Ad distributionem indicandam: ut, *et dedit Jacobus in manus servorum suorum*, עֵדֶר עֵדֶר לְבַדּוֹ *gregem, gregem*, i. e. *singulos seorsim greges*. Sic יוֹם, יוֹם *quolibet die*, Psal. lxviii. 20. Sic שָׁנָה בְשָׁנָה *quolibet anno*. Sic, Mark. vi. 39. συμποσια, συμποσια, *per convivia, convivia*, i. e. *per singulas convivantium classes*, ver. 40. πρασιαι, πρασιαι, *areolae, areolae*. 4. Ad diversitatem denotandam; בֵּין מַיִם לָמָיִם *inter has et illas aquas*; אֶבֶן וָאֶבֶן *pondus et pondus*, i. e. *diversa pondera*; בְּלֵב וָלֵב *corde et corde*, Psal. xii. 3. i. e. *duplici corde*. Sic etiam אָנֶה וָאָנֶה *huc et illuc*.

ut, *tu nosti populum istum, quod* בְּרַע *in malo est*, hoc est, *malus*, Exod. xxxii. 22. Vid. 1. Paral. xxvi. 14. יוֹעֵץ בְּשֶׂכֶל *consiliarius in prudentia*, i. e. *consiliarius prudens*. Sic, *vox Domini* בַּכֹּחַ *in virtute*, i. e. *potens*, Psal. xxix. 4. Sic, דֶּרֶךְ מֶרְחוֹק *via è longinquo*, i. e. *longinqua*; אַרְיֵה מִיַּעַר *leo ex sylva*, i. e. *sylvestris*, Jer. v. 6. לִצְבִי וּלְכָבוֹד *in magnificentiam et gloriam*, i. e. *magnificum et gloriosum*, Isa. iv. 2. נִסְכֵּיהֶם מִדָּם *libamina eorum sanguinea*, Psal. xvi. 4.

3. Loco adjectivi et substantivi, saepe duo substantiva, utpote primum in statu constructo; ut עֵץ פְּרִי *arbores fructûs*, i. e. *fructiferae*; יֶרֶק עֵשֶׂב *viriditas herbae*, i. e. *viridis herba*, Gen. i. 30. אִישׁ תֹּאַר *vir formae*, i. e. *formosus*, 1 Sam. xxi. 18. Sic, *terra sanctitatis*, i. e. *sancta*, Exod. iii. 5. et Esa. v. 24. Eodem modo se res habet cum affixo, quod adhaeret ultimo substantivo: v. g. קוֹמַת אֲרָזָיו *altitudo ejus cedrorum*, i. e. *ejus altae cedri*; מִבְחוֹר בְּרוֹשָׁיו *selectae abietes ejus*.

4. Adverbium substantivo additum, adjectivi significationem nonnunquam induit; פַּחַד פִּתְאֹם *non timebis a timore subito*, i. e. *subitaneo*, Prov. iii. 25. Sic, *ne sis testis* חִנָּם *temere*, i. e. *temerarius*, Prov. xxiv. 28. Etiam, *omnes populos* סָבִיב *circum*, i. e. *circumjacentes*. Sic, יוֹם מָחָר *dies cras*, i. e. *crastinus*. Sic etiam Demosthenes loquitur, Phil. 2. ἡ παραυτικα ἡδονη *momentanea voluptas*. Sic Terentius in Andr. act. 1. scen. 2. *heri semper lenitas*, i. e. *perpetua lenitas*. Vid. Luc. x. 30. Joan. iv. 5. (*o*)

III. Regi-

(*o*) 1. In phrasibus quae distributionem indicant, adjectivum singularis, apponitur substantivo pluralis numeri; ut יָשָׁר מִשְׁפָּטֶיךָ *rectum est judicia tua*, i. e. *singula illa recta*.

2. Duo nomina substantiva, vel synonima, vel disparatae significationis, conjunguntur, et eorum alterum vicem adjectivi, cum emphasi, sustinet; ut גָּפְרִית וָאֵשׁ *pluit sulphur et ignem*, i. e. *ignem sulphureum*, Gen. xix. 24. Sic אַחֲרִית תִּקְוָה *finem et desiderium*, pro *finem exoptatum*, Jer. xxix. 11. Sic, *quoniam exaudiet Dominus* אֶת־קוֹלִי תַּחֲנוּנָי *vocem meam, supplicationes meas*, i. e. *vocem meam humillimè supplicem*, Psal. cxvi. 1. Vid. Job.

III. Regimen, sive Status Constructus, dicitur illa copulatio, qua prius vocabulum ita regit posterius, ut genitivo casu vertendum sit, secundùm indolem linguae Latinae; et substantivum rectum genitivi casûs, vel causam efficientem denotat, vel materialem aut formalem; item effectum, subjectum, objectum, adjunctum ac similitudinem; ut דְּבַר־יְהוָה *verbum Jehovae*; כָּתְנוֹת עוֹר *tunicas pellis*, i. e. *pelliceas*, Gen. iii. 21. שַׂר שָׁלוֹם *princeps pacis*, i. e. *pacificus*, Esa. ix. 5. נִדְּחֵי עֵילָם *depulsi Elam*, i. e. *ex Elam*, Jer. xlix. 36. מֵחֲמַס בְּנֵי יְהוּדָה *propter violentiam filiorum Judae*. i. e. *erga filios Judae*, Joel. iv. 19. אַנְשֵׁי דָמִים *viri sanguinum et fraudis*, Psal. lv. 24. קְצִינֵי סְדֹם *duces Sodomae*, i. e. Sodomitis tam similes, ut ipsorum duces agere videamini, Esa. i. 10. (*p*).

1. Non

Job. iv. 16. x. 17. Haec loquendi formula appellatur vulgò *Hendiadys, unum per duo*; talia exempla exstant in Nov. Test. Matth. iii. 11. *baptizabit nos in Spiritu sancto et igne*, hoc est, *Spiritu Sancto ignito illuminante et purificante corda nostra*. Vid. etiam Act. xiv. 12. Sic etiam Virg. *pateris libamus et auro*, i. e. *aureis pateris*. Lucan. *chalybem fraenosque momordit*, i. e. *fraenos chalybaeos*.

3. Etiam abstractum pro concreto cum insigni emphasi ponitur; uti וְאַתָּה שָׁלוֹם *et tu pax*, i. e. *pacificus*, 1 Sam. xxv. 6. *intimum eorum* הַוּוֹת *perversitates*, i. e. *maxime perversum*. Vid. Gen. xlvi. 34. Psal. xxxv. 6.

4. In numero, praedicatum interdum non convenit cum priori, sed cum posteriori nomine, et exprimi debet per *quod attinet*; ut קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים *quod attinet ad arcus potentiorum, sunt arcus et potentes contriti*; וּמִסְפַּר שָׁנִים נִצְפְּנוּ לֶעָרִיץ *et quod attinet ad numerum annorum, sunt reconditi violento*, Job. xv. 20.

(*p*) In statu constructu mutatio fit non substantivi recti, sed regentis, quod ratione mutationis rectum seu constructum dici potest.

Duorum synonimorum regimen emphasin et auxesin denotat; ut רוּחַ זִלְעָפוֹת *spiritus procellarum*, i. e. *procellosissimus*, Psal. xi. 6. מְנָת חֶלְקִי *pars portionis*. Sic *et eduxit me de luto coeni*, hoc est, *de luto profundissimo*, Psal. xl. 3. Vid. 1 Thess. i. 8. 2 Pet. ii. 17. Sic etiam in adjectivis synonimis, אֵלֵי גִבּוֹרִים *fortes potentes*, hoc est, *potentissimi*, Ezech. xxxii. 21.

Nomina

1. Non tantum ſubſtantiva, ſed etiam adjectiva, Participia et Infinitiva, hanc conſtructionem admittunt; ut מְלֵא יָמִים *plenus dierum*; גְּדוֹלֵי עִיר *magni*, i. e. *optimates urbis*; נְקִי כַפַּיִם *innocens manuum*, Pſal. xxiv. 4. קְנוֹת בִּינָה *comparare intelligentiae*. Sed de ſimplicitate et natura hujus conſtructionis hactenùs, p. 89, 90.

2. Saepe nomen rectum particulam recipit; ut הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ *O montes Gilboae*, propriè, *in Gilboa*; מִיַּעַר *aper è ſylva*, Pſal. lxxx. 14. חֲמַת מִיָּיִן *calor è vino*, i. e. *vini*.

3. Cum Infinitivo etiam ſubſtantivum conſtruitur, item cum pronomine relativo, adverbio nec non cum particula ſignificativa, tam connexa quam inconnexa; ut בִּשְׁנַת בֹּוא *in anno venire*, h. e. *adventus*, Eſa. xx. 1. בִּימֵי שְׁפֹט *in diebus judicare*, Ruth. i. 1. מְקוֹם אֲשֶׁר יוֹסֵף *locum ubi Joſeph vinctus erat*; דְּמֵי חִנָּם *ſanguines innocenter*, i. e. *innocentium*; הַאֱלֹהֵי מִקָּרֹב אָנִי *nunquid Deus a propinquo*, q. d. *propinqui*, et non *Deus a longinquo*, Jer. xxiii. 23.

4. In ſtatu conſtructo, ſpecialis idiotiſmus eſt vocibus אִישׁ *vir*, אֱנוֹשׁ *homo*, בַּעַל *Dominus*, בֵּן *filius*, et בַּיִת *domus*; ut אִישׁ דְּבָרִים *vir verborum*, i. e. *diſertus*, Exod. iv. 10. אִישׁ שְׂפָתַיִם *vir vaſtis labris praeditus*, *blaterator vanus et tumidus*, Job. xi. 2. אַנְשֵׁי מִקְנֶה *homines pecudum*, *qui in rem pecuariam incumbunt*, Gen. xlvi. 34. בַּעַל שֵׂכֶל *poſſeſſor intelligentiae*, propriè, *turgens in omnem maturitatem intelligentiae*; בַּעַל מְזִמָּה *architectus machinationum*, *verſutiarum*, q. d. *turgens in omne nefas*, Prov. xxiv. 8. בַּעַל נֶפֶשׁ *turgens animam*, *qui turget appetitu edendi*; בַּעַל אַף *praeturgidus naſi*, *qui pollet naſo*, i. e. *iracundus*, Prov. xxii. 24. בַּעֲלֵי חִצִּים *turgidè ſagittarum*, q. d. *pollentes turgida vi ad vibrandas ſagittas*, *pollentes ſagittis*, Gen. xlix. 23. בַּעֲלַת אוֹב *quae pollet utre*, *turgentem*

mentiens

Nomina verbalia aliquando ſicuti Infinitivi uſurpantur, et habent caſum vel conſtructionem ſui Verbi; בְּשִׂנְאַת יְהוָה אֹתָנוּ *quoniam Dominus in nos infenſo eſt animo*, Deut. i. 27. דֵּעָה אֶת יְהוָה *cognitio Jehovae*, propriè, *cognoſcere Jehovam*, Eſa. xi. 9.

mentiens utrem, 1 Sam. xxviii. 7. בַּעֲלַת כְּשָׁפִים *quae pollet praestigiis*, Nah. iii. 4. בַּעֲלֵי בְרִית *ejusdem foederis participes, eodem jure pollentes*, Gen. xiv. 13. בַּעַל חֲלֹמוֹת *qui pollet somniis*; בַּעַל דְּבָרִים *qui turget verbis*, Exod. xxiv. 14. (*q*). Sic etiam וּבְנֵי רֶשֶׁף *et filii corruscationis*, dicitur de fulmine corusco, Job. v. 7. בֶּן־קֶשֶׁת *filius arcûs*, i. e. *sagitta*; בְּנֵי שָׁחַץ *filii ferociae*, vel *proceritatis animosae*, Job. xli. 25. בֶּן מָוֶת *filius mortis, mortis reus*, 1 Sam. xx. 31. בֶּן־הַכּוֹת *qui plagas promeruit*, Deut. xxv. 2. Sic *filius anni*, i. e. *anniculus*, Exod. xii. 5. Eodem modo בַּיִת indicat vulgò *habitaculum*, aut quod aliquod in se continet; בָּתִּים לְבַדִּים *domitiunculae*, ubi perticae fuerunt, Exod. xxv. 27. בֵּית סָאתַיִם *quod duos mensuras continet*, 1 Reg. xviii. 32.

5. יוֹם *dies*, et שָׁנָה *annus*, nomini suo numerali praeponuntur in statu constructo; ut בְּיוֹם עַשְׁתֵּי עָשָׂר יוֹם *in undecimo die*, Num. vii. 27. בִּשְׁנַת שֵׁשׁ־מֵאוֹת שָׁנָה *in anno* 600 *annorum*, aut *in sexcentesimo anno*, Gen. vii. 11. Levit. xxv. 10. Quando verò יָמִים simpliciter, sine apposito numero invenitur, significat saepe *annum*, et tanquam plenum numerum omnium dierum, qui ad annum pertinet; ut, Jud. xvii. 10. ii. 19. et 1 Sam. i. 3. collato Exod. xxiii. 17. et Deut. xvi. 16. Quòd si vox יָמִים *dies*, Nominibus *annum*, *mensem* vel *septimanam* significantibus, addita sit, infert illis tempus completum; ut מִקֵּץ שְׁנָתַיִם יָמִים *a fine biennii dierum*, i. e. *post duos annos completos*. Vid. 2 Sam. xiii. 23. Jer. xxviii. 3, 11. וַיֵּשֶׁב עִמּוֹ חוֹדֶשׁ יָמִים *et mansit cum ipso mensem dierum*, i. e. *mensem integrum*; שְׁלֹשָׁה שָׁבֻעִים יָמִים *et indesinenter luxi* tres

(*q*) בָּעַל بَعَلَ propriè, *tursit, turgente succo uberavit*; per metonymiam, *signi* pro *signato, deditus fuit alicui rei*, q. d. *tursit in eam rem*. 2. Alio flexu, *fastidivit, aversatus est*, q. d. *tursit prae ira et exacerbatione*; ita Latini, *turgescere tristibus iris*. 3. *Maritali officio functus est*, q. d. *tursit in officium conjugis*. 4. *Dominatus est*, q. d. *tursit praepollente vigore*; ita σφριγᾶν ad omnia eadem transfertur.

tres ſeptimanas dierum, Dan. x. 2. 3. Vid. etiam Levit. xxiii. 15.

IV. Quaedam voces, ut פֶּה *os*, יַד *ad manus*, דָּבָר *verbum*, אוֹדוֹת Chaldaicè עֵסֶק *cauſa*, praemiſſo עַל, גָּלָל *occaſio*, praemiſſo בּ, quin et ראשׁ *caput*, עֶצֶם *os*, נֶפֶשׁ *anima*, רוּחַ *ſpiritus*, &c. ſecundùm indolem linguarum Europaearum, abundare, vel pro pronomine reciproco, poni videntur: ratio tamen tropi, qui reciprocam ſignificationem inducit, ubivis potius inquirenda eſt ſedulò, quam permittendum, ut quicquam temerè credatur otiosè poſitum.

1. Nomina quaedam, ut אִישׁ *vir*, et קוֹל *vox*, &c. interdum eliptice ſubaudiuntur. Prioris exemplum dat Kimchi, ex Pſal. cix. 4. אֲנִי תְפִלָּה, ubi ſubauditur אִישׁ, *ego vir precum*, i. e. *precum ſtudioſus*. Poſterius firmatur ex 1 Reg. xxii. 36. וַיַּעֲבֹר הָרִנָּה *et tranſivit clamor*, ubi, propter Verbum maſculinum ante nomen foemininum, Kimchi et Ralbag ſubaudiunt קוֹל *vox*; etiam a Kimchio notatur, Pſal. lxviii. 19. *inhabitare Jah*, eſt pro *habitare in domo Jah*.

2. Pluralis pro ſingulari poſitus, denotat magnitudinem et excellentiam; ut מוֹתִים *mortes*, i. e. *truculentiſſima mors*, Eſa. liii. 9. Ezech. xxviii. 10. Contrà, יְשׁוּעוֹת *ſalutes*, Pſal. xlii. 6. *omnimoda ſalus*; חָכְמוֹת *ſapientiae*, Prov. i. 20.

V. Adjectiva quae Commodum, Facilitatem, Utilitatem, Proprietatem, Studium, Similitudinem, aut Affinia, vel Contraria ſignificant, Dativo junguntur; טוֹב לִי *bonus mihi*, דּוֹמֶה לוֹ *ſimilis ei*.

Dativus etiam poſſeſſioni vel appropriationi deſcribendae inſervit; ut מִזְמוֹר דָּוִד *Pſalmus Davidi proprius*, ſeu *ad Davidem auctorem pertinens*. Sic מְלָכִים לִיהוּדָה *Reges Judaeae*, 2 Parall. xvi. 11. כֹּהֲנִים לַיהוָֹה *ſacerdotes Domino*.

VI. Praeſtantia ſeu magnitudo rei, aut ſuperlativus exprimitur per Nomina Divina; ut נְשִׂיא אֱלֹהִים *princeps Dei es apud nos*, i. e. *princeps maximus*; נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים *luctationibus Dei*, i. e. *vehementiſſimis et graviſſimis*. Sic, *montes*

montes Dei, Psal. xxxvi. 7. Vid. Psal. lxxx. 11. In specie, superlativus gradus effertur quibusdam vocibus quae miram emphasin ac intensionem in Lingua Sancta obtinent; ut בְּכוֹר *primogenitus*, quo nomine in Sacra Scriptura vocatur *eximium* in qualibet re, eaque vox tam in bonum quam in malum usurpatur; בְּכוֹר מָוֶת significat *genus mortis feralissimum et dirissimum.* Vid. Esa. xiv. 30. *Pascentur primogeniti pauperum*, i. e. *Judaei pauperrimi*, *maximisque calamitatibus attriti.* Vid. Psal. lxxxix. 28. Sic etiam חֵלֶב *medulla*, sive *adeps*, pro *optimo* cujusque rei ponitur; ut אֶת חֵלֶב הָאָרֶץ *ut comedatis medullam terrae*, i. e. *fructus terrae selectissimos.* Vid. Num. xviii. ver. 12, 29, 30, 32. Deut. xxxii. 14. Psal. lxxx. ult. *adeps tritici*, quod *Chaldeo est optimus panis triticorum.* Sic Graeci dicunt στεαρ πυρου *pinguedo tritici*, quod Suidas reddit καλλιςον σιτον, *pulcherrimum* aut *optimum triticum.*

De natura et indole constructionis comparativi et superlativi gradus hactenùs egimus, pag. 87, 88. uti etiam de speciali Syntaxi numerorum cardinalium, pag. 90,3.

VII. Demonstrativi pronominis repetitio Distributionem indicat; ut גָּדֵר מִזֶּה וְגָדֵר מִזֶּה *maceria ex hoc, et maceria ex hoc*, i. e. *ab hac et ab illa parte*, Num. xxii. 24. כָּזֹה וְכָזֶה *secundum hanc et secundum hunc fecit mihi*, i. e. *rationem et modum*, Jud. xviii. 4. Vid. 2. Reg. xii. 8.

Pronomen demonstrativum זֶה interdum cum emphasi pleonastice additur; ut זֶה עֶשְׂרִים שָׁנָה *hisce viginti annis fuit tecum*, Gen. xxxi. 38. Vid. etiam Gen. xviii. 13. Vocibus מָה *quid*, לָמָּה *quare*, atque עַתָּה *nunc*, subjunctum, commodè redditur *nunc*, modo *tandem*; ut מַה־זֶּה שַׁבְתֶּם *quid hoc?* i. e. *quare jam rediistis*, 2 Reg. i. 5. לָמָּה זֶה *quare tandem risit Sara?* Gen. xviii. 13. Praefixi *He* demonstrativi usus est longè frequentissimus, jungiturque illud nominibus substantivis et adjectivis, propriis locorum, gentilibus et patronymicis, iisque absolutis, non constructis, aut conjunctis cum affixo. Propria nomina virorum rariùs illud recipiunt.

VIII. Pronomen reciprocum, in dandi casu, frequenter nominibus et verbis, interdum etiam adverbiis, per pleonasmum quendam emphaticum, additur; ut וּמְפַלְטִי לִי

et liberator meus mihi, Psal. cxliv. 2. לֶךְ־לְךָ *egredere tibi de terra tua*, Gen. xii. 1. פֶּרֶא בּוֹדֵד לוֹ *onager solitarius sibi*, Hos. viii. 9.

IX. Pronomina demonstrativa, nominibus subjuncta, verbi substantivi loco, singulari cum elegantia, ponuntur. *Timui eo quod* עֵירֹם אָנֹכִי *nudus ego*, i. e. *nudus essem*, Gen. iii. 10. *videntes filii Dei filias hominum, quod* טֹבֹת הֵנָּה *bonae ipsae*; זֹאת הַמְּנוּחָה *haec* est *requies*, Esa. xxviii. 12.

X. Pronomen relativum non semper ad proxime praecedens refertur; sed, pro ratione contextûs, interdum ad remotius antecedens, interdum ad subsecuturum nomen; ut, *sume servos Domini tui et persequere* אַחֲרָיו *post ipsum*, non Dominum, sed seditiosum Sebam, qui remotius praecesserat. Sic, *in ferrum venit anima ejus*, Josephi, *usque ad tempus quo venit* דְבָרוֹ *verbum ejus*, non Josephi, sed Domini, de quo demum in sequentibus, Psal. cv. 18, 19. Vid. etiam Psal. xcix. 6.

XI. Ellipsis relativi nec rara nec inelegans est; ut, *cadit in foveam* יִפְעָל *faciet* seu *fecit*, i. e. אֲשֶׁר *quam fecit*. Sic, *linguam* לֹא יָדַעְתִּי *non noveram, audiebam*, i. e. *quam non noveram*, Psal. lxxxi. 6. Sic etiam וְכָל יֶשׁ־לוֹ *et omne erat sibi tradidit in manum ejus*, pro וְכָל־אֲשֶׁר יֶשׁ לוֹ *et omne quod erat sibi*, Gen. xxxix. 4. Ellipsis quandoque est antecedentis, simul et relativi; ut, *mitte, quaeso*, בְּיַד תִּשְׁלָח *per manum missurus es*, supple, *illius quem*, &c. Exod. iv. 13.

XII. Pronomina reciproca describunt Hebraei varie: 1. Per pronomina relativa; ut *Dominus veniet* הֵיכָלוֹ *ad templum suum*. 2. Saepe per נֶפֶשׁ *anima*; ut *juravit Dominus* בְּנַפְשׁוֹ *per animam suam*, i. e. *per seipsum*. Hoc Syris frequentissimum etiam est; ut Matth. xxvii. 5. *strangulavit animam suam*, i. e. *seipsum*, *Judas*. Sic Joh. xxi. 7. *Petrus conjecit animam in mare*. 3. Per עַיִן *oculus*; ut, *et sapientibus* בְּעֵינֵיהֶם *in oculis suis*, LXX. ἐν ἑαυτοῖς. 4. Per antecedentis repetitionem; ut *congregavit Salomo seniores ad Regem Salomonem*, h. e. *ad se*.

XIII. Pro pronomine saepe repetitur nomen ipsum; ut *dixit Lamech, audite uxores Lamech*, i. e. *meae*, Gen. iv. 23.

Sic,

Sic, *Abrahamus erat* 86 *annorum, cum pareret Hagar Abrahamo*, h. e. *ipsi*. Adde Esth. viii. 8. 1 Reg. i. 33. 1 Sam. iii. 21.

XIV. Pleonasmus pronominum, apud Hebraeos, elegans est: אתו הִכָּהוּ *illum percutite illum*, 2 Chron. ix. 27. אָבַד זִכְרָם הֵמָּה *pereat memoria eorum ipsorum*, Psal. ix. 7. Vid. Sam. ix. 13. Saepe tamen non merè pleonasmus est, sed emphasin notat; ut, *quem Deum* אֲנִי *ego videbo* לִי *mibi*, i. e. *ego idem ille videbo Deum, et quidem in salutem meam*. Vid. Prov. xxiii. 15.

Hebraei quoque, uti Arabes et Syri, duobus pronominibus relationem indicare solent, cùm unum videatur sufficere; ut אֲשֶׁר זַרְעוֹ־בוֹ *cujus semen ejus in eo*, i. e. pro בַּאֲשֶׁר *in quo sit semen suum*; אֲשֶׁר יָמוּת בּוֹ *in quo moriebatur*, 2 Reg. xiii. 14.

Pro posteriore relativo, cùm de loco sermo sit, usurpatur adverbium שָׁם *ibi*; ut, *totam regionem Chavilae* אֲשֶׁר שָׁם *in qua aurum est*. Sic, *ad colendam terram* אֲשֶׁר לֻקַּח מִשָּׁם *unde sumptus erat*.

CAPUT II.

De Verborum Syntaxi.

I. QUODVIS Verbum finitum admittit ante vel post se, nominativum, in eodem genere, numero et persona sibi convenientem; יִשְׁמַע חָכָם *audiet sapiens*; מְלָכִים הַשְׂכִּילוּ *O Reges, prudenter agite*. Pronomina hîc, certae discretionis vel emphaseôs gratia, Verbis et Participiis adduntur; ut אַתָּה עָשִׂיתָ אֶת־הַשָּׁמַיִם *tu fecesti coelos*; אָנֹכִי הוֹלֵךְ *ego ambulabo* (*r*).

Verbis

(*r*) Omnia Verba, apud Hebraeos, hactenùs simplicia esse diximus. Praepositio igitur, quam Graeci et Latini cum Verbo componunt, diversarum significationum causa, ab Hebraeis, inter Verbum et nomen sequens, disponitur: ut, e. g. הָלַךְ *ire*, cum praepositione

Verbis passivis nominativus subjunctus, non raro praecedentem habet articulum אֵת; uti לֹא־יִקָּרֵא עוֹד אֶת שִׁמְךָ אַבְרָם *non vocabitur amplius nomen tuum Abram*, Gen. xvii. 5.

II. Nomina collectiva singularia, frequentius apud Hebraeos quam alibi, construuntur cum Verbo, etiam Participio, plurali; ut ואן מֵתוּ *grex moriuntur*, pro *moritur*, Gen. xxxiii. 13. הָעָם הַהֹלְכִים *populus ambulantes*, i. e. *ambulans*. Pertinet huc etiam quae metonymicè significat *incolas*, ut *domus*, *terra*, *urbs*; ut *omnis terra* בָּאוּ *venerunt in Ægyptum*, Gen. xli. 57.

Verbo singulari nomen plurale adjunctum, *distributionem* notat; ut וְקִבֵּל יְהוּדִים *et recepit Judaei*, i. e. *quisque Judaeorum*. Sic et Participia; uti נִכְבָּדוֹת מְדֻבָּר בָּךְ *gloriosa dicitur de te*, i. e. *quodvis gloriosum*. Aliquando, etsi rariùs, idem sensus est cum Verbo plurali nomen singulare jungitur; ut אֲדֹנָיו יִתֵּן *Domini*, i. e. *Dominus ipsius dabit*, Exod. xxi. 4. Vid. Num. xxxii. 25. אִם־אֲדֹנִים אָנִי *si Dominus ego sum*.

III. Duobus vel pluribus singularibus, ejusdem vel diversi generis, respondet Verbum plurale masculinum, tanquam dignius; uti גַּם־אִישׁ עִם־אִשָּׁה יִלָּכֵדוּ *etiam vir cum foemina capientur*.

Substantivis duobus vel pluribus, interdum Verbum unum additur, quod cum propiore in genere et numero convenit; uti וַתֹּאכַל הִיא וְהוּא *et comedebat ipsa et ipse*.

Quando duo substantiva inter se constructa conjunguntur, Verbum interdum respondet posteriori recto, cùm deberet

positione אֶל *ad*, significat *adire*; cum מִן *ab*, *abire*, cum לִפְנֵי *ante*, *praeire*; cum אַחַר *post*, *sequi*, &c. Verbum simplex redditur aliquando per compositum.

Verbum, quod Actionem seu Effectum notat, de jure ac debito quandoque intelligendum est, et per *debeo*, sequente Infinitivo, vertendum; ut *opera quae non* יֵעָשׂוּ *fient*, *fecisti mecum*, h. e. *quae fieri non debent*. Sic, *instruam te in via hac qua gradieris*, h. e. *qua gradi debeas*, Psal. xxxii. 8.

Ellipsis nominativi fit, omissis pronominibus, ante Verba personae non tantùm primae et secundae, sed etiam tertiae; qua tum Verba usurpantur indefinite et quasi impersonaliter; uti יִקְרָא שְׁמוֹ *vocabit* se quisque *nomen ejus*,

deberet convenire priori regenti; רוֹב שָׁנִים יוֹדִיעוּ חָכְמָה *multitudo annorum notam faciunt sapientiam.*

IV. Pleonaſmus Verbi ſubſtantivi הָיָה *fuit*, elegans eſt, praeſertim in narratione et hiſtoria; ut וַיְהִי *et fuit in diebus Judicum*, Ruth. i. 1. וַיְהִי *et fuit fames in terra.* Vid. Jud. i. 1. Deut. xviii. 19.

Saepe ellipſis fit Verbi ſubſtantivi, cujus tum loco ſaepe ponitur pronomen ſeparatum; uti וַיַּרְא אֱלֹהִים כִּי־טוֹב *et videbat Deus quod* eſſet *bonum*; יְשׁוּעָתֵךְ אָנִי *ſalus tua ego ſum.*

V. Verbum ſubſtantivum poſt ſe praepoſitiones ב aut ל amat, loco poſterioris nominativi; ut, *Deus eſt* בְּעֹזְרָי *in auxiliatoribus meis*, Pſal. cxviii. 7. i. e. *auxiliator praecipuus.* Sic, *Dominus* בְּסֹמְכֵי נַפְשִׁי *in ſuſtentantibus animam meam*, i. e. *ſuſtentator*, Pſal. liv. 6. Sic, *eruntque* לְבָשָׂר אֶחָד *in carnem unam*, i. e. *una caro.* Eodem modo, *ero ipſis in Deum*, Deus, *et ipſi erunt mihi in populum*, i. e. *populus*, Jer. xxxi. 33. Maxima convenientia eſt Arabum cum Hebraeis in hac Syntaxi: e. g. لَيْسَ بِقَادِرٍ *non eſt potens*, propriè, *in potente.* Vid. Jud. xi. 35. Gen. xvii. 4. Apud Graecos et Latinos haec conſtructio aliquando obtinet; ut apud Euripid. κάρτ' ἂν ἐν σοφοῖσι ἦν, *valde in ſapientibus fuiſſem.* Cicero dicit, *Hic in magnis viris non eſt habendus* (*s*).

VI. Verba finita abſolutè, ſine nominativo poſita, ſubaudiunt ſuum Participium; ut וַיֹּאמֶר *et dixit Joſepho*, nempè, *dicens aliquis*, Gen. xlviii. 1. et verſ. 2. וַיַּגֵּד *et annunciavit Jacobo*, ſupple *annuncians.*

Verba, quae *fieri*, *eſſe* aut *agere*, ſignificant, ſaepe non tam actum et eſſentiam, quam ejus notificationem et declarationem

(*s*) Huc quoque pertinet Verbum reputandi חָשַׁב; uti וַיַּחְשְׁבֶהָ לְשִׁכֹּרָה *et reputabat eam pro ebria*, i. e. *ebriam.*

Nomina abſtracta, pro concretis, cum Verbo ſubſtantivo, expreſſo ſive ſubintellecto, poſita, vim habent adjectivi ſuperlativi; uti וֶהְיֵה בְּרָכָה *et eſto benedictio*, i. e. *ſumme benedictus*; כִּי תַאֲוָה־הוּא לָעֵינַיִם *quod deſiderium*, i. e. *deſideratiſſima eſſet oculis*,

rationem notant; ut *leprosum sacerdos* וְטִמֵּא *impurabit*, i. e. *immundum pronuntiabit*, Levit. xiii. 3. Sic וְטִהַר *et purum pronuntiabit*, vers. 34. Huc pertinet הִצְדִּיק *justificavit*, vel *justum pronuntiavit*, Deut. xxv. 1. Prov. xvii. 15 2 Sam. xv. 4. Psal. lxxxii. 3. 1 Reg. i. 21. Gen. xlii. 30. Pariter exponendum Esa. vi. 10. הַשְׁמֵן *crassum fac cor populi istius, et aures ejus* הַכְבֵּד *aggrava*, i. e. *praedica, indica illis cor tale esse vel fore*. Sic, *remove illos, cùm veni* לְשַׁחֵת אֶת־הָעִיר *urbem deperdere*, i. e. *perditionem annuntiare*, Jer. xv. 1. Vid. Ezech. xliii. 3. xiii. 18.

VII. Verbum cum suo Infinitivo, sive affirmativè sive negativè constructum, Certitudinem et Evidentiam denotat; ut פָּקֹד יִפְקֹד *visitando visitabit Deus*, i. e. *certissimè visitabit*, Gen. l. 24. אָכֹל תֹּאכֵל *comedendo comedes*, i. e. *liberè comedere poteris*. Sic, *moriendo morieris*. Etiam in oratione negativa; לֹא־מוֹת תְּמֻתוּן *non moriendo moriemini*, h. e. *nequaquam morte moriemini*, Gen. iii. 4.

1. Aliquando diversi Verbi Infinitivus sequitur tempus finitum, quo ferè continuatio actionis innuitur; ut, *reversae sunt aquae* הָלוֹךְ וָשׁוֹב *eundo et revertendo*, Gen. viii. 3. etiam Psal. cxxvi. 6. Jer. xxix. 19.

2. Pro altero Infinitivo Nomen interdum ponitur; ut, *et ivit manus filiorum Israelem* הָלוֹךְ וְקָשָׁה *eundo et dura*, i. e. *perrexit indesinenter durior esse*. Pro Infinitivis quandoque Participia ponuntur; ut, *ibat Philistaeus* הֹלֵךְ וְקָרֵב *incedens et appropinquans adversum David*.

VIII. Unum Verbum regit aliud in Infinitivo; ut וְיָכָלְתָּ עֲמֹד *tunc potes consistere*, Exod. xviii. 23. Aliquando cum ל praeposito; ut מִי יוּכַל לַעֲמֹד *quis potest consistere?* 1 Sam. vi. 20.

1. Proprium videtur Orientalibus, ut unum Verbum regat alterum in Futuro; ut 1 Sam. ii. 3. אַל־תַּרְבּוּ תְדַבְּרוּ *ne multiplicetis loqui*; כִּי לֹא יוֹסִיף יָבֹא־בָךְ *quoniam non addet ut intret*, Esa. lii. 1. Vid. etiam Job. xxxii. 22. xix. 9. 1 Sam. ii. 3. xx. 19. Hos. i. 6. Eccles. viii. 3. Thren. iv. 14. Haec Syntaxis frequens est apud Arabes; ut جَعَلَ يَدْعُو *instituit provocare*; أَرَانِي أَعْصِرُ خَمْرًا *visus mihi sum exprimere vinum*. Syri etiam eandem constructionem

ctionem habent; ut Matth. viii. 28. *nemo poterat transibit*, i. e. *transire*.

VIII. Singula vel nuda Verba, quae *effectum* vel *integram actionem* ordinariè significant, aliquando per *possum*, *debeo*, *volo*, *recipio*, *soleo*, *permitto*, *occasionem praebeo*, et *Verbi Infinitivum*, explicantur; ut שָׁלַחְתִּי *potuissem extendere*, Exod. ix. 15. אֲסַפֵּר *possem numerare*, Psal. xxii. 18. יִשְׁמְרוּ *conservare debent*, Mal. ii. 7. שְׁאָפַנִי אֱנוֹשׁ *quilibet me vult deglutire*, Psal. lvi. 2. וַיַּצִּלֵהוּ *et volebat eum liberare*, vel *eumque libenter liberasset*, Gen. xxxvii. 21.

IX. Verba affirmantia, pro contrariis negantibus, et negantia, pro contrariis affirmantibus, quandoque non sine emphasi ponuntur; ut *Leah* שְׂנוּאָה *exosa erat*, i. e. *minus amata*, quam Rachel, Gen. xxix. 31. Sic, *Deus* לֹא יְנַקֶּה *non insontem habebit*, i. e. *gravissimè puniet*, Exod. xx. 7. Ita לֹא צִוָּה *non praeceperat*, i. e. *graviter probibuerat*, Levit. x. 1. Vid. Job. ii. 6. Fit etiam cum Nominibus; ut גּוֹי לֹא חָסִיד *gens non benigna*, i. e. *crudelissima*.

X. Verba notitiae saepe de Affectu intelligenda sunt; nimirùm, Scire et Cognoscere continent in se Amorem, Obedientiam, Timorem, Curam, Fiduciam, Fidem, &c. e. g. כִּי יְדַעְתִּיו *nam novi*, i. e. *amo eum*, *eo quod praecipiet filiis suis*, &c. Gen. xviii. 19. Sic, לֹא יָדְעוּ יְהוָה *non cognoverunt Jehovam*, i. e. *non observabant praecepta ejus*, 1 Sam. ii. 12. Esa. i. 3. Psal. i. 6.

XI. Significatio Verbi *habeo* effertur per Verbum substantivum הָיָה *fuit*, ut apud Latinos, *est mihi liber:* e. g. וַיְהִי לוֹ מִקְנֵה־צֹאן *et fuit illi possessio pecoris.*

Hactenùs notavimus, יֵשׁ *soliditas*, esse Nomen substantivum, a وسي *solidatus fuit*. Vid. pag. 120. Et sic phrasis illa הֲיֵשׁ לָכֶם אָב reddi possit, *an soliditas patris vobis?* i. e. *an vero vobis pater?*

Verbum הָלַךְ, Chaldaicè אֲזַל, praepositum sequenti Verbo vel Participio cum copula ו, significat *augmentum actionis*: v. g. &c. וְדָוִד הֹלֵךְ וְחָזֵק *et David pergebat invalescere*; *Saul vero pergebat attenuari*, 2 Sam. iii. 1. Gen. xii. 9. Jon. i. 11. *nam mare illud incedens et procellosum existens*,

existens, i. e. *continuo*, *magis magisque reddebatur turbulentius.* Vid. etiam 1 Sam. ii. 26. Esth. iii. 4.

XII. Solet, apud Hebraeos et Arabes, Verbum singulare Nominibus pluralibus subjungi; ut חָכְמוֹת נָשִׁים בָּנְתָה *sapientes mulierum aedificat*, pro *aedificant*; אֲדֹנָיו יִתֵּן *Dominus ipsius dabit*, Exod. xxi. 4. בְּעָלָיו יוּמָת *Dominus ipsius morietur.* Jungitur aliquando Verbum singulare genere saepe discrepans; ut יְהִי מְאֹרֹת *sint luminaria.*

XIII. Accusativus Infinitivorum, apud Latinos usitatus, hîc rarissimus est; לֹא־טוֹב הֱיוֹת הָאָדָם לְבַדּוֹ *non bonum est quod homo solus sit.* Ellipsis particulae כִּי saepe hîc occurrit; ut יֵדְעוּ גוֹיִם אֱנוֹשׁ הֵמָּה *cognoscent gentes quod homines sint.*

XIV. Verbum finitum regit Nomen, Pronomen, Participium nominale, in aliquo casu, nunc simpliciter, nunc intercedente aliqua praepositione; et hoc quidem frequentissimè; quia Verba omnia, apud Hebraeos, simplicia sunt; uti הֵטִיבָה יְהוָה לַטּוֹבִים *benefac Jehova bonis*; הַאֲמִינוּ בַּיהוָה *credite in Jehovam* (*t*).

Verba Hebraea, saepe et eleganter, regunt Nomen conjugatum vel cognatum, quo vel significati emphasis intenditur, vel effectus et objectum actionis innuitur: e. g. וַיֶּחֱרַד חֲרָדָה גְּדֹלָה *et tremuit tremore magno*, i. e. *maximo tremore perculsus est.* Sic, בְּכִי בָּכוּ *fleverunt fletu*; מַזְרִיעַ זֶרַע *seminantem semen*, Gen. i. 11. נַפְתּוּלֵי נִפְתַּלְתִּי *luctationibus luctatus sum.*

XV. Verba activè significantia regunt accusativum, qui plerumque per particulam אֵת designatur, ut liquidò indicetur res vel persona patiens, et ab agente distinguatur; ut יְהוּדָה לֹא יָצֹר אֶת־אֶפְרָיִם *Jehuda non arctabit Ephraimum.*

Tales

(*t*) Hujus linguae proprietas est, ut saepe, quae Lat. accusativum, haec dativum regant: et contrà, quaedam etiam diversos casus regunt, adjuncta praepositione. Sic dativum regunt, Verba Premendi, Dimittendi, Exspectandi, Interrogandi, Respondendi, Praecipiendi, Irridendi, Osculandi, Decipiendi, Sanandi, &c. Verba Nuncupandi, praeter nominativum, regunt dativum personae, quem Latini per alterum nominativum exprimunt; uti לֹא יִקָּרֵא לְנָבָל נָדִיב *non vocabitur stultus*, propriè *stulto, ingenuus.*

Talis est indoles Linguae Hebraeae et Orientalium Linguarum, ut saepissimè Verba amant post se varias praepositiones, ad casus suos rectos designandos: e. g. אָחַזְתָּ בְּיַד יְמִינִי *prehendisti manum dextram meam*; גּוֹעֵר בַּיָּם *increpans mare*; &c. לֹא יָבִינוּ אֶל־פְּעֻלּוֹת *non animadvertunt opera Jehovae*; אַל־תֶּחֶטְאוּ בַיֶּלֶד *ne peccetis in puerum hunc*; וַיִּמְרוּ עַל־אֲדֹנָיו *et rebellavit contra Dominum suum*, &c.(*u*)

Quaedam Verba duos accusativos adsciscunt, alterum personae alterum rei; ut לִמַּד דַּעַת אֶת־הָעָם *docuit scientiam populum.*

XVI. Verba, *motum ad* vel *per locum* significantia, regunt accusativum, cum praepositione בּ, עַל, אֶל, ל vel ה locali paragogico; יָרְדוּ בִמְצוֹלֹת *descenderunt in profunda*; אֵרֵד מִצְרַיְמָה *descendam in Ægyptum.*

Verba *motum de loco* significantia, regunt ablativum loci cum praepositione מִן; uti צֵא מִן־הָאָרֶץ הַזֹּאת *exi ex terra hac*; לֹא יָסוּר שֵׁבֶט מִיהוּדָה *non recedet sceptrum a Jebuda.*

Verba *quietem* aut *motum in loco* significantia, regunt ablativum loci cum praepositione בּ.

Nomina Temporis, accusativo vel ablativo casu, cum Verbis efferuntur. Ablativus autem frequenter est cum praepositione בּ aut ל.

XVII. Quodvis Verbum regit ablativum, cum praepositione בּ, significante Causam, Instrumentum aut Modum actionis; uti בְּחָכְמָה יִבָּנֶה בָּיִת *sapientiâ aedificabitur domus.*

Verba Comparationis regunt ablativum rei comparatae, cum praepositione מִן; uti זַכּוּ מִשֶּׁלֶג *nitent prae nive.*

(*u*) Nonnulla Verba, secundùm varias praepositiones illis adjunctas, diversam habere significationem videntur; sed omnes hae variae significationes a primaria liquidò fluunt; ut שָׁמַע, cum nudo accusativo, vel cum אֵת, significat *audire*; cum אֶל notat *auscultare*, i. e. *audire ad*; cum בְּקוֹל et לְקוֹל significat *obedire*, i. e. *audire in* vel *ad vocem*. Sic, שָׁאַל significat *rogare*; cum מ vel מִן, *aliquid sibi expetere*; cum לְ, *inquirere*: v. g. לְשָׁלוֹם *de salute alicujus inquirere.*

Verba copiae et inopiae regunt ablativum cum praepositione מִן vel ב ; ut מָלֵא כְרֵשׂוֹ מֵעֲדָנַי *implevit ventrem suum ex deliciis meis* ; aliquando etiam sine praepositione.

Passiva Verba regunt ablativum cum praepositione מִן ; ut תֵּעָזֵב מֵהֶם *deseretur ab iis.* Pro ablativo autem saepe est dativus ; uti נִשְׁמַע לְסַנְבַלָּט *auditum fuit Sanballatto* ; נֶחְשַׁבְנוּ לִי *reputati sumus ipsi*, i. e. *ab eo.*

Est et hîc dativus acquisitionis ; uti הֻגַּד לִי *nuntiatum est mihi.* Et ablativus causae et instrumenti, cum praepositione ב ; uti בַּמֶּה תֵּאָסֵר *quo vincieris.*

CAPUT III.

De Syntaxi Particularum.

I. AFFIXA Nominibus et particulis addita, regimen inferunt, et per genitivum reddenda veniunt, nisi sit pleonasmus qui dativum efficit. Idem obtinet in Infinitivis et Participiis ; quippe quae Nominibus accersenda : nam בְּהִבָּרְאָם valet, *in creari illorum.* Sic, שֹׁלְחִי *mittens mei* ; יוֹעַצְתּוֹ *consultrix ejus*, 2 Chron. xxii. 3. יֹלַדְתְּכֶם *genetrix vestrum*, Jer. l. 12.

II. Pleonasmus ille, qui cum neutralibus et passivis locum habet, exemplis quibusdam illustrandus : וַתִּזְנִי־שָׁם *et scortata est mihi ibi.* Inde causa data phrasibus venustis : גְּדֵלַנִי *adolevit mihi*, pro *mecum*, Job. xxxi. 18. *meo sub nutricatione* ; קְדַשְׁתִּיךָ *sanctus sum tibi*, Esa. lxv. 5. *fortius quid sonat quam* מִמְּךָ *prae te* ; יְגֻרְךָ *diversabitur tibi*, Psal. v. 5. Affixa Verbis annexa, in accusativo reddi debent, ac proinde non accedunt nisi activis et transitivis ; ut פְּקָדַנִי *inspexit me* ; פִּקְּדַנִי *inspectavit me.*

Si affixa intransitivis aut passivis conjungantur, vel ellipsin constituant vel pleonasmum, tum in dativo commodissimè exprimi possunt.

III. Hactenùs notavimus, Plerasque particularum esse vel Nomina substantiva vel adjectiva ; normam igitur Nominum

num eas sequi oportet: e. g. מִתַּחַת לָרָקִיעַ *ex loco inferiori expansi*, Gen. i. 7. בְּכָל מְאֹדֶךָ *cum omni nisu tuo*, Deut. vi. 5.

IV. Adverbium idem repetitum, vel cum synonimo suo conjunctum, emphasin significationis notat; ut מְעַט מְעַט *parum, parum*, i. e. *sensim et paulatim, expellam eos a facie tua*. Sic, *advena qui tecum versabitur in terra, ascendet super te*, מַעְלָה מָּעְלָה *supra, supra*, i. e. *perquam supreme*; *tu verò descendes*, מַטָּה מָּטָּה *infra, infra*, i. e. *infime*, Deut. xxviii. 43. Vid. etiam Ezech. xlii. 15. Exod. i. 7.

V. Negatio cum כֹּל *omnis*, aut אֶחָד *unus*, facit propositionem universaliter negantem; ut יִקַּח הַכֹּל *non accipiet omne*, i. e. *nihil*, Psal. xlix. 18. *nullam rem secum auferet*. Sic Psal. cxliii. 2. *non justificabitur omnis vivens*, i. e. *nullus vivens*. Sic, נִשְׁאַר אֶחָד *non relictum fuit unum*, i. e. *nullum remansit*, Exod. viii. 31.

Pro negatione, quandoque est comparativa particula; ut, *bonum est sperare in Deo* מִבְּטֹחַ *prae sperare in homine*, Psal. cxviii. 8. Vid. Hos. vi. 6. 1 Sam. xv. 23.

VI. Interrogatio הֲלֹא *nonne?* etiam absque negatione, solum הֲ interdum *certitudinem rei* significat: e. g. הֲלֹא *nonne David absconditus est nobiscum?* h. e. *certum est, Davidem apud nos delitescere*, Psal. liv. 2. Vid. Gen. iv. 7. xiii. 9. הֲבֵן יַקִּיר לִי אֶפְרַיִם *nonne filius pretiosus Ephraim? nonne natus deliciarum?* Jer. xxxi. 20. Adde 1 Reg. xvi. 31.

VII. אִם significationes habet varias: saepe interrogationis nota est; &c. אִם־כֹּחַ אֲבָנִים כֹּחִי *an robur lapidum robur meum? an caro mea aenea?* Job. vi. 12. Vid. vers. 5. et 13. Aliquando conjunctio causalis est, אִם *quia breves dies hominis sunt*, Job. xiv. 5.

Conditionalis אִם, in jurejurando, aut gravioribus asseverationibus, ellipticum dicendi genus efficit, dum membrum orationis conditionalis, quod mali imprecationem, si jurans fallat, continet, reticeri solet. Quam figuram Rhetores *aposiopaesin* vocant. Habetque, in talibus constructionibus ellipticis, אִם simpliciter positum, notionem negativam, estque *jurantis seque devotantis formula solennis*; כֹּה יַעֲשׂוּן לִי אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִפוּ *sic faciat mihi Numen et*

sic

sic addet, 1 Reg. xx. 10. Addita verò negatione לֹא, affirmativam notionem habet, et in *dijerationibus gravissimis* usurpatur; ut, *Deus juravit*, אִם לֹא *si ita non fiat*, *ut mihi proposui*, &c. Psal. lv. 11. Esa. xiv. 24. subintellige ibi, *tunc Deus non ero*; confer Ezech. xxxiii. 11. Sicuti, è contrario, in humano juramento, *Deus faciat hoc mihi et illud*, subintelligendum est; ut expressè exstat Ruth. i. 17. 1 Sam. iii. 17. xiv. 44. Vid. Jer. xxii. 6. Num. xiv. 35.

Fuit et alia elliptica forma jurandi per vocem חַי, sequente אִם vel אִם לֹא, 1 Sam. xiv. 45. חַי יְהוָה אִם יִפֹּל *quàm verè vivit Jehova*, *si ceciderit*, Vid. Gen. xlii. 15.

VIII. Particula optandi, *utinam*, saepe describitur per מִי יִתֵּן *quis dabit?* vel *quis facere potest?* Exod. xvi. 3.

Adverbium אָז *tunc*, saepe convertit significationem Futuri in illam Praeteriti; ut, &c. אָז יַבְדִּיל *tunc separavit Moses*, &c. Deut. iv. 41. Aben Ezra, ad Exod. xv. 1. אָז יָשִׁיר־מֹשֶׁה, annotat, "In more positum habet sancta "Hebraeorum lingua, ut formam Futuri adhibeat in sig-"nificatione Praeteriti, adjectâ particulâ אָז: v. g. 1 Reg. "xi. 7. *tunc aedificabat Salomo*, Josh. x. 12. *tunc loquebatur* "*Joshua*; et ita quoque receptum est in lingua Ismaeli-"tica." Idem testatur Kimchi in Michlol. fol. 12. Vid. 1 Reg. iii. 16.

X. Interjectiones saepe absolutè adhibentur; quaedam verò cum nomine vel pronomine construuntur: חָלִילָה לְּךָ *absit tibi*, propriè, *profanum sit tibi*; בִּי אֲדֹנָי *obsecro Domine*, Exod. iv. 10.

XI. Duplex *Waw* Praeteriti, a Grammaticis Hebraeis, commemoratur: alterum *Waw* copulativum, quod tantùm simpliciter copulandi vim habet, non verò vim convertendi: alterum *Waw* conversivum, quod, praeter vim copulandi, etiam vim convertendi habet.

Ea Hebraeae linguae indoles esse videtur, ut suo Praeterito cum *Waw* immediatè praefixo utatur, ad significandum idem planè tempus quod jam praecesserit; atquè adeo hoc Praeteritum, cum *Waw* praefixo, continuandae orationi per eadem tempora inserviat: solent enim Hebraei, quando oratio aliquamdiu eisdem temporibus, sive Praeteritis sive Futuris continuatur, postquam sermonem, sive Praeterito aut Futuro tempore inchoaverunt, in decursu orationis, quamdiu

quamdiu ex eodem tempore continuatur, ſuum Praeteritum ponere cum *Waw* praefixo; quod Praeteritum, ex conſtanti linguae idiotiſmo, eodem tempore vertendum erit, quo oratio ordiebatur, ſive Praeſenti, ſive Praeterito, ſive etiam Futuro. Hinc videmus, licet interdum tale Praeteritum cum *Waw* praefixo Futuro tempore vertendum ſit, id propriè non fieri vi quadam converſiva, ſed tantùm ex quodam accidenti; quia nimirum praecedens tempus, ad quod refertur, Futurum eſt. Verum hujus *Waw* vis ac poteſtas potius relativa vel ſubjunctiva eſt, ut planè ejuſdem temporis cum praecedenti; ideoque, ex propria et nativa vi hujus *Waw* Praeteriti, *Waw* Relativum vel Subjunctivum potius vocandum eſt.

1. Diſtinctio verò inter *Waw* copulativum et *Waw* converſivum ſive relativum, haec eſt; nempè *Waw* relativum paſſim Verba, ex penacutis, acuta facit, accentum ad ultimam ſyllabam rejiciendo. Cum verò Praeteritum, cum *Waw* praefixo, venit poſt aliud Praeteritum, tunc nullam mutationem ſubit, et hoc Praeteritum cum *Waw* praefixo, Praeterito tempore vertendum erit: e. g. *at pater veſter* הֵתֶל בִּי וְהֶחֱלִף *illuſit mihi, et mutavit decies*, &c. Gen. xxxi. 7. ubi ſatis liquet וְהֶחֱלִף hîc Praeteriti temporis manere, et ejuſdem planè eſſe temporis cum praecedenti Praeterito הֵתֶל; et *Jacobus* שָׁמַע *audivit quod vitiaverat Dinam*, &c. וְהֶחֱרִישׁ *et ſilebat Jacobus donec venirent*, Gen. xxxiv. 5. ubi iterum וְהֶחֱרִישׁ Praeteriti temporis manet, atque etiam hîc ejuſdem eſt temporis cum praecedentibus שָׁמַע et הָיוּ, ad quae refertur, ope copulae *Waw*.

2. Saepe Praeteritum, cum *Waw* immediatè praefixo, in oratione continuata, poſt Participium praeſens, maximè quidem quando conſtruitur cum particula demonſtrativa הִנֵּה *ecce*, commodè Praeſenti tempore verti poſſit; nam vi hujus loquendi formulae, res futura ut praeſens ſiſtitur, et ope Praeteriti, cum *Waw* immediatè praefixo, ſermo continuatur eodem tempore: e. g. וַאֲנִי הִנְנִי מֵבִיא *me verò quod attinet*, vel *ecce me adducentem diluvium ſuper terram*; וַהֲקִימֹתִי *et erigentem foedus meum tecum*, Gen. vi. 17. 18. Obſervandum, Praeteritum וַהֲקִימֹתִי hîc, ope *Waw* relativi, ut ejuſdem temporis, venire cum praecedenti Participio מֵבִיא, ad quod refertur. Sic, *ecce me* מַפְרְךָ *foecundantem te*, vel *ecce me qui*

te

te foecundo, et וְהִרְבִּיתִךָ *et amplifico te*, *et pono te in coetum populorum*, Gen. xlviii. 4. Vid. etiam 1 Reg. xi. 31. xiv. 10.

3. Si praecedens tempus, ad quod Praeteritum cum *Waw* relativo refertur, sit Futurum cum *Waw* vulgò dicto *conversivo*; similiter Praeteritum cum *Waw* conversivo, ut ejusdem temporis sistitur, et plerumque ex nostro idiomate Praeterito imperfecto redditur : e. g. וַיִּסְגֹּר *et occludebat fores coenaculi circa illum*, וְנָעָל *et pessulo obserabat*, Jud. iii. 23. ubi וְנָעָל ut ejusdem temporis, venit cum וַיִּסְגֹּר. Vid. Jud. vi. 3.

4. Si Praeteritum cum suo *Waw* relativo veniat post Futurum, tunc vi relationis, quae per copulam *Waw* indicatur, Futuri significationem induit : atque hanc ob causam, hactenùs creditum fuit, *Waw* Praeteriti sua natura vim conversivam habere. Verùm, ex praedictis, facilé videri possit, hanc non esse propriam vim hujus *Waw* Praet. verùm tantummodo, si Fut. praecedat, Praet. cum *Waw* relativo in significationem praecedentis temporis Fut. quasi transire ; adeoque hoc Praet. hanc significationem Fut. non vi sua, sed quodam accidente, habere : e. g. *Propterea* יַעֲזָב *relinquet vir patrem suum et matrem suam*, וְדָבַק *et adhaerebit uxori suae*, וְהָיוּ *et erunt una caro*. Hìc utique Praet. דָבַק et וְהָיוּ ratione constructionis, dependent a praecedenti Fut. יַעֲזָב; atque propterea Fut. temp. naturam quasi induunt. Neque haec Praet. Futuro forent vertenda, si non praecederet aliquod Fut. temp. expressum aut subintellectum. Vid. Gen. xv. 13. Exod. ii. 7. Deut. xii. 5, 6. 2 Sam. iv. 11.

De hac re, doctissimé disseruit clar. Koolhaas Profes. Amst. in Dissert. suis de Anal. Temp. et Mod. Ling. Heb. passim.

5. Denique, ex praedictis, patet, quàm confusa idea nobis a Grammaticis vulgò exhibetur, cùm affirmant, *Waw* cum *schev.* sub se, Praet. praepositum, significationem Praet. in illam Fut. et vice versâ, *Waw* cum *patach* Fut. praefixum, significationem Fut. in Praet. significationem, convertere.

Quisquis aequus judex facile perspiciet, haec, a relatione illa quam habent cum variis illis temporibus, in sermonis decursu, secundùm linguae indolem, et non ex ulla arbitraria vi illis a plerisque Grammaticorum assignata, pendere.

בָּרוּךְ יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל מֵהָעוֹלָם וְעַד הָעוֹלָם אָמֵן וְאָמֵן.

F I N I S.

Uti quaedam de Convenientia et Affinitate Linguae Arabicae cum Hebraea obiter diximus; ut igitur Lectores hanc affinitatem ſuis oculis melius perſpicerent, Alphabetum Arabicum hîc apposuimus.

Conſonantium Tabella haec eſt.

	Poteſtas,	Nomen.	Figura.			
א	A. Spir. len. Graec.	Elif.	ـا	ا	ـا	ا
ב	B.	Be.	ـب	ب	ـبـ	بـ
ת	T.	Te.	ـت	ت	ـتـ	تـ
ת̇	T. *Blaeſum.*	Thſe.	ـث	ث	ـثـ	ثـ
ג	G. *Gallicum.*	Gjim.	ـج	ج	ـجـ	جـ
ח	Hh:	Hha.	ـح	ح	ـحـ	حـ
ח̇	Ch.	Cha.	ـخ	خ	ـخـ	خـ
ד	D.	Dal.	ـد	د	ـد	د
ד̇	D. *Blaeſum.*	Dhſal.	ـذ	ذ	ـذ	ذ
ר	R.	Re.	ـر	ر	ـر	ر
ז	Z.	Ze.	ـز	ز	ـز	ز
ס	S.	Sin.	ـس	س	ـسـ	سـ
ש	Sj, ch. *Gal.*	Sjin.	ـش	ش	ـشـ	شـ
צ	S.	Sad.	ـص	ص	ـصـ	صـ
צ̇	D.	Dad.	ـض	ض	ـضـ	ضـ
ט	T.	Ta.	ـط	ط	ـطـ	طـ
ט̇	D.	Da.	ـظ	ظ	ـظـ	ظـ
ע	ע *Hebraeum.*	Ain.	ـع	ع	ـعـ	عـ
ע̇	G. *Latin.*	Gain.	ـغ	غ	ـغـ	غـ
פ	F.	Fe.	ـف	ف	ـفـ	فـ
ק	K.	Kaf.	ـق	ق	ـقـ	قـ
כ	C.	Kef.	ـك	ك ک	ـكـ کـ	كـ
ל	L.	Lam.	ـل	ل	ـلـ	لـ
מ	M.	Mim.	ـم	م	ـمـ	مـ
נ	N.	Nun.	ـن	ن	ـنـ	نـ
ו	W. *German.*	Waw.	ـو	و	ـو	و
ה	H.	He.	ـه	ه	ـهـ	هـ
י	I. *Conſ.*	Ie.	ـي	ي	ـيـ	يـ

Diver-

Diversitas Figurarum varia in hac Alphabeti Tabella, ex connexionis et situs ratione, oritur. Prima Columna eas Literas quae initio dictionum, et in medio post sex Illigabiles, continet: Secunda, quae in medio post Ligabiles: Reliquae duae, quae in fine, prior quidem post Illigabiles, posterior verò post Ligabiles, usurpantur, exhibet.

Vocalium Tabella haec est.

A vel E	Fatha	بَ
O vel U	Damma	بُ
I	Kesra	بِ

Ad longas vocales representandas, Lingua Arabica advocavit literas quiescentes اوي; sic ut *Phata* valeret *a* productum; ut نَار *νᾶρ* vel *νῆρ*. Post *Kesra* appositum *Jod* dat *e* et *i* longum; ut نِير *νῖρ*. *Waw* additum *τῷ Damma* dat *Schurek* vel ȣ̃; ut نُور *νῦρ*.

Reliquae Notae Orthographicae sunt:

1. *Gjesma* (ْ), quod, apud Arabes, notat *scheva* quiescens; ut لَمْ *lam, non.*

2. *Teschdid* (ّ), idem cum *dagesch* forte apud Hebraeos; ut شَدُّوا *schaddou*, pro شَدَدُوا.

3. *Hamza* (ء), servus est *Eliph* mobilis, eique cum vocali appositum, motum ejus indicat actualem; ut أَنْ *an*, أَرْضٌ *aerdzon, terra.*

4. *Wesla* (ٱ), *τῷ Elif* in principio vocum appositum, planè otiosum esse indicat; ut قَلْبُ ٱلْمَلِكِ *kalbol-Maliki, cor Regis.* Nihil itaque est aliud (ٱ) quam unionis illius indicium.

5. *Medda* (~) apponitur ا quiescenti ante (ء); ideoque producit: ut سَمَآءٌ *samaon.*



